SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI

PII

DIVINA PROVIDENTIA PAPAE XII

LITTERAE ENCYCLICAE

DE SACRA LITURGIA

FRIBURGI BRISGOVIAE
HERDER & CO., TYPOGRAPHI EDITORES PONTIFICII

UNSERES HEILIGEN VATERS

PIUS XII.

DURCH GÖTTLICHE VORSEHUNG PAPST

RUNDSCHREIBEN

ÜBER DIE HEILIGE LITURGIE

(20. November 1947: «Mediator Dei»)

Lateinischer Text nach den "Acta Apostolicae Sedis"


Deutscher Text nach der von der Vatikanischen Druckerei vorgelegten Übersetzung

1948

VERLAG HERDER FREIBURG

Im Auftrage des Liturgischen Instituts eingeteilt und mit Überschriften, Randnoten und Registern versehen von Dr. theol. Leo Koep.

Der amtliche lateinische Text der Enzyklika ist den "Acta Apostolicae Sedis"
Band 39 (1947) Seite 521—595 entnommen. Um eine bequemere Zitation
von Textstellen aus der Enzyklika zu ermöglichen, wurden die einzelnen
Absätze mit durchlaufender Zählung versehen. Diese Zählung liegt auch den
Registern der vorliegenden Ausgabe zugrunde.



Alle Rechte vorbehalten

G. M. Z. F. O. No 7647 / 4.000

Herder-Druckerei Freiburg im Breisgau

AD VENERABILES FRATRES PATRIARCHAS PRIMATES ARCHIEPISCOPOS EPISCOPOS ALIOSQUE LOCORUM ORDINARIOS PACEM ET COMMUNIONEM CUM APOSTOLICA SEDE HABENTES

DE SACRA LITURGIA

PIUS PP. XII

VENERABILES FRATRES
SALUTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM

1 « Mediator Dei et hominum » 1, pontifex magnus qui penetravit caelos, Iesus filius Dei2, cum illud misericordiae opus suscepit, quo humanum genus supernis cumulavit beneficiis, eo procul dubio spectavit, ut ordinis rationem, inter hominem eiusque Creatorem iam peccato perturbatam, redintegraret utque miseram Adae subolem, hereditaria labe infectam, ad caelestem Patrem, primum omnium principium supremumque finem, reduceret. Ouamobrem, cum in terris commorabatur, non modo initae Redemptionis nuntium dedit, auspicatumque Divinum Regnum declaravit, sed adsidue precando seseque devovendo in animarum incubuit salutem procurandam, usque dum e Cruce pendens semet ipsum obtulit immaculatum Deo. ut emundaret conscientiam nostram ab operibus mortuis, ad serviendam Deo viventi3. Itaque mortales omnes, ex via feliciter revocati, quae ad exitium ad interitumque eos misere abducebat, ad Deum iterum dirigebantur; ut per collatam operam cuiusque suam in propriam adipiscendam sanctitatem,

^{1 1} Tim. 2, 5.

² Cf. Hebr. 4, 14.

³ Cf. ibid. 9, 14.

AN DIE EHRWÜRDIGEN BRÜDER. PATRIARCHEN, PRIMATEN, ERZBISCHÖFE, BISCHÖFE UND DIE ANDEREN OBERHIRTEN. DIE IN FRIEDEN UND GEMEINSCHAFT MIT DEM APOSTOLISCHEN STUHLE LEBEN

UBER DIE HEILIGE LITURGIE

PAPST PIUS XII.

EHRWÜRDIGE BRÜDER. GRUSS UND APOSTOLISCHEN SEGEN!

EINLEITUNG

1. Gedanken zum Wesen der Liturgie

1 Der "Mittler zwischen Gott und den Menschen", der Hohe- Der Hohepriester priester, der die Himmel durchmessen, Jesus, der Sohn Got- Jesus Christus durch tes2, hat das Werk der Barmherzigkeit auf sich genommen, sein Leben und Sterben erlöst. das Menschengeschlecht mit übernatürlichen Wohltaten zu überhäufen. Sein Ziel war dabei zweifellos, die zwischen dem Menschen und seinem Schöpfer durch die Sünde gestörte Ordnung wiederherzustellen und die unglückliche, durch die Erbschuld belastete Nachkommenschaft Adams dem himmlischen Vater, aller Ursprung und letstem Zweck, wieder zuzuführen. Deshalb verkündete er während seines Wandels auf Erden nicht allein den Anbruch der Erlösung und erklärte das Gottesreich für gekommen, sondern trachtete, durch beständiges Beten und Opfern das Heil der Seelen zu erwirken, bis er schließlich am Kreuz sich als makelloses Opfer Gott darbor, um unser Gewissen von toten Werken zu reinigen, damit wir dem lebendigen Gott dienen könnten3. So wurden alle Menschen vom Weg, der zu ihrem völligen Verderben führte, zu ihrem Glück zurückgerufen und Gott wieder zugeführt; durch eines jeden persönliches Mitwirken zur Erlangung der eigenen

^{1 1} Tim. 2, 5.

² Vgl. Hebr. 4, 14.

³ Vgl. ebd. 9, 14.

- quae quidem ex intaminati cruore Agni oritur, debitam Deo tribuerent gloriam.
- 2 Voluit autem Divinus Redemptor ut quam in mortali corpore supplicationibus suis suoque sacrificio inierat sacerdotalem vitam, eadem per saeculorum decursum non intermitteretur in Corpore suo Mystico, quod est Ecclesia; atque adeo perspicibile sacerdotium instituit ad offerendam in omni loco oblationem mundam⁴, ut homines sive in Orientis, sive in Occidentis regionibus a peccato liberati, ex suo conscientiae officio, ultro libenterque Deo servirent.
- 3 Ecclesia igitur, accepto a Conditore suo mandato fideliter obtemperans, sacerdotale Iesu Christi munus imprimis per sacram Liturgiam pergit. Idque facit primario loco ad altaria, ubi Crucis sacrificium perpetuo repraesentatur⁵ et, sola offerendi ratione diversa, renovatur⁶; deinde vero per sacramenta, quae peculiaria instrumenta sunt, quibus superna vita ab hominibus participatur; postremo autem per laudis praeconium, quod Deo Optimo Maximo cotidie offertur. « Ouam jucundum sane — ita Decessor Noster f. m. Pius XI — caelo terraeque spectaculum praebet Ecclesia orans, cum totos continenter dies noctesque totas, psalmi divino afflatu conscripti concinantur in terris: nulla per diem computetur hora, quae propria non consecretur liturgia; nulla humanae vitae aetas, quae suum non habeat locum in gratiarum actionibus, laudibus, precibus, piaculis communis huius obsecrationis Mystici Corporis Christi, quod est Ecclesia » 7.
- 4 Nostis profecto, Venerabiles Fratres, sub superioris saeculi exitum huiusque initium singularem excitatam esse liturgicorum studiorum concertationem cum ex privatorum hominum laudabili nisu, tum praesertim ex impensa ac sedula navitate

^{&#}x27;4 Cf. Mal. 1, 11.

⁵ Cf. Conc. Trid., Sess. 22, c. 1.

⁶ Cf. ibid., c. 2.

⁷ Litt. Encycl. Caritate Christi d. d. 3 Maii a. 1932.

Heiligkeit, die aus dem Blute des unbefleckten Lammes entsprießt, sollten sie Gott die ihm gebührende Ehre erweisen.

2 Der göttliche Erlöser wollte, daß das Priesterleben, das er in Er stiftete ein seinem sterblichen Leib durch sein Gebet und Opfer begonnen Briestertum, das hatte, durch die Jahrhunderte in seinem Mystischen Leib, der sein priester-Kirche, ununterbrochen weitergeführt würde. Daher setzte er fortsetzen sollte. ein sichtbares Priestertum ein, damit an jedem Ort ein reines Speiseopfer dargebracht würde4 und so die Menschen vom Aufgang bis zum Niedergang, befreit von der Sünde, dem Ruf des Gewissens folgend, frei und gerne Gott dienten.

liches Wirken

tenen Auftrag, das Priesteramt Jesu Christi vor allem durch der hl. Liturgie, die heilige Liturgie weiter. In erster Linie tut sie dies am besonders im Meßopfer, in den Altare, wo das Kreuzesopfer ständig dargebracht 5 und er- Sakramenten neuert wird6, wobei einzig die Art der Darbringung verschie- gebet. den ist; dann durch die Sakramente, besondere Mittel, durch welche die Menschen des übernatürlichen Lebens teilhaftig werden: endlich durch den Lobpreis, der täglich dem allgütigen und allmächtigen Gott dargebracht wird. "Welch wundervolles Schauspiel", sagt Unser Vorgänger verehrungsvollen Andenkens Pius XI., "bietet dem Himmel und der Erde die betende Kirche, wenn ohne Unterlaß Tag und Nacht die unter göttlicher Eingebung niedergeschriebenen Psalmen auf Erden gesungen werden; wenn keine Stunde des Tages gezählt wird, die nicht durch ihre eigene Liturgie geweiht

3 Die Kirche führt also, getreu dem von ihrem Stifter erhal- Naherhin und im Stunden-

2. Stellungnahme des Apostolischen Stuhles zur liturgischen Bewegung

wäre; wenn jedes Lebensalter seine Rolle hat beim Dank-, Lob-, Bitt- und Sühnegebet, dieses gemeinsamen Flehens des

4 Es ist Euch, Ehrwürdige Brüder, sicher bekannt, daß gegen um die Jahr-Ende des letsten und zu Beginn des gegenwärtigen Jahrhunderts ein außerordentlicher Wetteiser auf dem Gebiet der sehe Bestrebunliturgischen Studien entfaltet wurde von privatem Einsatz als fruchtbar für

hundertwende setzen liturgigen ein, die sich die Wissenschaft

Mystischen Leibes Christi, der Kirche"7.

⁴ Vgl. Mal. 1, 14.

⁵ Vgl. Trienter Konzil, 22. Sitzung, Kap. 1.

⁶ Vgl. ebd. Kap. 2.

⁷ Rundschreiben Caritate Christi, vom 3. Mai 1932.

quorumdam coenobiorum incliti Benedictini Ordinis; itaqre non modo in multis Europae nationibus sed in transmarinis etiam terris laude digna ac frugifera succrevit hac in re contentio. Cuius quidem studiosae contentionis salutares fructus ut in sacrarum disciplinarum campo cernere licuit, ubi liturgici Occidentalis Orientalisque Ecclesiae ritus satius fuere altiusque pervestigati ac cogniti, ita in spirituali etiam privataque multorum christianorum vita.

- 5 Augustae altaris Sacrificii caerimoniae magis fuere notae, perceptae, existimatae; Sacramenta latius crebriusque participata; liturgicae preces degustatae suavius; atque Eucharistiae cultus quod reapse retinendum est christianae veri nominis pietatis fons et caput habitus est. Ac magis praeterea in sua luce est positum christifideles omnes unum arctissimumque efficere corpus, cuius caput est Christus, christianoque populo officium esse liturgicos aequo modo participare ritus.
- 6 Vobis procul dubio perspectum est Apostolicam hanc Sedem nullo non tempore curavisse diligenter ut credita sibi plebs recto imbueretur actuosoque liturgiae sensu; nec minus diligenter contendisse ut sacri ritus debita dignitate extrinsecus etiam eniterent. Nos ipsi quoque hac eadem super causa, cum quadragenarii temporis concionatores almae huius Urbis anno MDCCCCXXXXIII ex more allocuti sumus, eos sumus adhortati vehementer ad suos cuiusque auditores commonendos, ut Eucharisticum Sacrificium impensius usque participarent; atque haud ita multo ante eo consilio ducti ut liturgicae preces rectius intellegerentur earumque veritas atque suavitas perciperentur facilius, Psalmorum librum, qui in Catholica Ecclesia harum precum tanta pars est, ex primigenio textu iterum in latinum transferendum curavimus.

⁸ Cf. Litt. Ap. Motu Proprio In cotidianis precibus, d. d. 24 Mart. a. 1945.

sowohl, wie besonders durch die weit ausholende und emsige Tätigkeit einiger Klöster des berühmten Benediktinerordens; so wuchs nicht nur in vielen europäischen Nationen, sondern auch in den überseeischen Ländern ein hierauf zielendes lobenswertes und fruchtbringendes Streben. Die segensreichen Früchte dieses eifrigen Strebens konnte man auf dem Gebiet der theologischen Wissenschaften wahrnehmen, wo die liturgischen Riten der Abend- und Morgenländischen Kirche erschöpfender und tiefer durchforscht und erfaßt wurden, wie auch im geistlichen und privaten Leben vieler Christen.

⁵ Die hehren Zeremonien des heiligen Opfers wurden besser erkannt, erfaßt und geschätzt, die Sakramente in größerem Giaubigen Umfang und häufiger empfangen, die liturgischen Gebete inniger verkostet und die Verehrung der heiligen Eucharistie - was bleiben soll - als Quelle und Mittelpunkt wahrer christlicher Frömmigkeit gewertet. Außerdem wurde die Tatsache in helleres Licht gerückt, daß alle Gläubigen einen einzigen, eng zusammenhängenden Leib bilden, dessen Haupt Christus ist, weshalb dem christlichen Volk die Pflicht obliege, seiner Stellung entsprechend an den liturgischen Handlungen teilzunehmen.

wie für das Leben der erwiesen haben.

6 Ihr wißt ohne Zweifel sehr wohl, daß der Apostolische Stuhl Der Apostolische jederzeit eifrig bestrebt war, das ihm anvertraute Volk mit stell immer um die richtigem und lebendigem liturgischem Empfinden zu erfüllen; iturgische Bilund wie er mit nicht geringerem Eifer darauf gesehen hat, bigen bemüht. daß die heiligen Handlungen auch nach außen durch entsprechende Würde wirkten. Wir selbst haben, als Wir an die Fastenprediger der Ewigen Stadt dem Brauch gemäß im Jahre 1943 Unser Wort richteten, sie mit Nachdruck ermahnt, ihre Zuhörer zu einer wachsenden Teilnahme am Eucharistischen Opfer anzuspornen; und vor nicht langem haben Wir in der Absicht, das rechte Verständnis der liturgischen Gebete und die Erfassung ihres Wahrheitsgehalts und ihrer Salbung zu fördern, das Buch der Psalmen, das in der katholischen Kirche einen so großen Teil jener Gebete ausmacht, aus dem Urtext von neuem ins Lateinische übertragen lassen8.

Stuhi hat sich

⁸ Vgl. Motu Proprio In cotidianis precibus, vom 24. März 1945.

- 7 Verumtamen dum id genus studia ob salutares, qui inde proficiscuntur, fructus, haud mediocre Nobis afferunt solacium, conscientiae officium postulat ut ad renovationem illam, prout hac in re a nonnullis praedicatur, animum convertamus Nostrum, curemusque diligenter ut suscepta proposita modum ne excedant, neve vitiosa omnino evadant.
- 8 Iamvero, si ex una parte valde dolemus nonnullis in regionibus sacrae Liturgiae sensum, intellegentiam ac studium mancum interdum esse ac fere nullum, ex altera vero multa cum sollicitudine, non timoris vacua, animadvertimus nonnullos novitatis nimio studiosiores esse, atque ex rectae doctrinae ac prudentiae via transversos aberrare. Siquidem iis consiliis ac votis, quae suscipiunt, de sacra renovanda Liturgia, principia saepenumero interserunt, quae vel ratione vel re ipsa causam hanc sanctissimam in discrimen adducunt, ac non numquam etiam talibus erroribus inficiunt, qui catholicam fidem atque asceseos doctrinam attingunt.
- 9 Fidei autem ac morum integritas peculiaris esse debet norma sacrae huius disciplinae, quae sapientissimis Ecclesiae eloquiis consona sit omnimodis oportet. Nobis igitur officium est, quod recte sit factum dilaudare ac commendare, quod vero e iusto itinere deflectat, continere vel reprobare.
- 10 Haud tamen reputent qui inertes ac segnes sunt, idcirco a Nobis comprobari, quod errantes reprehendimus audacesque refrenamus; neque imprudentes tum se a Nobis exornari laudibus existiment, cum neglegentes corrigimus atque ignavos.
- 11 Quodsi in Encyclicis hisce Litteris de latina potissimum Liturgia agimus, id non ex eo oritur quod minore aestimatione prosequamur venerandas Orientalis Ecclesiae Liturgias, quarum ritus, ex antiquis nobilibusque monumentis traditi, pari sunt Nobis ratione carissimi; sed ex peculiaribus potius Occidentalis Ecclesiae condicionibus oritur, quae quidem eiusmodi sunt, ut interponendam hac in causa auctoritatem Nostram postulare videantur.

7 Während also diese Bestrebungen wegen der ihnen entsprin- Er weiß sich genden heilsamen Wirkungen Uns nicht geringen Trost be- aber auch verantwortlich für reiten, fordert doch auch das Gewissen, jene Erneuerung, wie die Gesundhelt sie von manchen verstanden wird, im Auge zu behalten und Bewegung. sorgsam darauf zu achten, daß die Anregungen nicht ins Maßlose oder Fehlerhafte ausarten.

der liturgischen

- 8 Wenn Wir nun einerseits mit großem Bedauern feststellen, ungesund sind daß in verschiedenen Gebieten der Sinn für die heilige Litur- wie Neuerungsgie, ihre Kenntnis und ihr Studium gelegentlich ungenügend sucht. sind oder fast ganz fehlen, so müssen Wir anderseits mit Besorgnis, ja mit Furcht wahrnehmen, daß einige zu neuerungssüchtig sind und vom Weg der gesunden Lehre und der Klugheit abweichen. Den Plänen und Bestrebungen zur Erneuerung der Liturgie, an die sie herantreten, mischen sie häufig Auffassungen bei, die in der Theorie oder Praxis diese sehr heilige Sache bloßstellen und bisweilen mit Irrungen anstecken, die den katholischen Glauben und die Lehre von der Aszese berühren.
- 9 Die Reinheit des Glaubens und der Sitte muß aber die be- Oberster Grundzeichnende Richtlinie dieser heiligen Wissenschaft sein, die Unversehrtheit mit der weisen Lehre der Kirche in allem übereinstimmen soll. der Glaubensund Sittenlehre Es ist demnach unsere Pflicht, was gut gemacht ist, zu loben sein. und zu empfehlen, was aber vom rechten Weg abweicht, anzuhalten oder zu verwerfen.

satz mut die

10 Es sollen jedoch die Trägen und Lässigen nur nicht meinen, Die Trägen sind Wir wären mit ihnen zufrieden, weil Wir die Irrenden tadeln zu tadeln, die und die Allzukühnen zügeln, noch sollen die Unklugen es für maßigen. sich als Lob deuten, wenn Wir die Nachlässigen und Säumigen zurechtweisen.

Allzukühnen zu

11 Wenn Wir in Unserem Rundschreiben hauptsächlich von der Die Enzyklika lateinischen Liturgie handeln, so geschieht das nicht, weil Wir berücksichtigt die ehrwürdigen Liturgien der Östlichen Kirchen weniger schen Ritus. schätzten; ihre Riten, alten und kostbaren Urkunden entnommen, sind Uns gleicherweise teuer; vielmehr ist es wegen der besonderen Verhältnisse der Abendländischen Kirche, die so geartet sind, daß sie das Eingreifen Unserer Autorität notwendig zu machen scheinen.

12 Christiani igitur omnes vocem docili animo exaudiant communis Patris, qui eos universos, secum arctissime coniunctos, Dei aram adire percupit, eamdem fidem profitentes, eidem obtemperantes legi, idemque Sacrificium una mente unaque voluntate participantes. Id profecto honor Deo debitus postulat; ac postulant etiam nostrorum horum temporum necessitates. Postquam enim diuturnum saevumque bellum simultate ac caede disiecit populos, recte cordati homines aptiore quovis modo ad concordiam revocare omnes enituntur. Nullum tamen propositum atque inceptum putamus efficacitatem hac in re habere tantam, quantam actuosum illud religionis studium atque afflatum, quo christiani imbuantur ac ducantur necesse est; ita quidem ut eadem veritatis capita sincero animo amplexi, ac legitimis Pastoribus ultro libenterque obsequentes, debitumque praestantes Deo cultum, fraternam quamdam communitatem efficiant, quandoquidem « unum corpus multi sumus, omnes qui de uno pane participamus»9.

I

13 Illud procul dubio hominibus praecipuum officium est, ut se quisque vitamque suam ad Deum dirigat. «Ipse enim est cui principaliter alligari debemus tamquam indeficienti principio, ad quem etiam nostra electio assidue dirigi debet, sicut in ultimum finem, quem etiam negligentes peccando amittimus, et credendo et fidem praestando recuperare debemus» ¹⁰. Homo autem recto ordine ad Deum dirigitur, cum supremam eius maiestatem, supremumque magisterium agnoscit, cum veritates divinitus patefactas prona suscipit mente, cum legibus ab eo latis religiosa observantia subicitur, omnem actionem navitatemque suam ad eum convertens; cum denique — ut rem

^{9 1} Cor. 10, 17.

¹⁰ S. Thom., Summa theol. 2, 2, q. 81, a. 1.

12 Alle Christgläubigen mögen deshalb gelehrigen Sinnes auf die Wunseh des Stimme des gemeinsamen Vaters hören, der nur wünscht, daß die Einheit von alle, eng um ihn geschart, sich Gottes Altare nähern, den glei- Hirt und Herde, die ein Heilchen Glauben bekennend, dem gleichen Gesetz sich fügend, mittel für die am gleichen Opfer in gleicher Gesinnung und mit gleichem der Zeit zer-Wollen teilnehmend. Das verlangt schon die Ehre Gottes, das rissene Menschheit ist. fordern auch die Nöte der Gegenwart. Nachdem ein langer und grauenvoller Krieg die Völker durch Feindschaft und blutigen Tod sich gegenseitig entfremdet hat, mühen sich jetzt Menschen guten Willens, alle nach besten Kräften zur Eintracht zurückzuführen. Kein Planen und kein Beginnen hat aber, so glauben Wir, hierbei eine solche Stoßkraft wie der lebendige religiöse Eifer und Sinn, von dem alle Christen notwendig beseelt sind und sich leiten lassen, indem sie die selben Wahrheiten aufrichtigen Herzens umfassen, den rechtmäßigen Hirten gern und willig gehorsamen, Gott die gebührende Verehrung erweisen und so eine brüderliche Gemeinschaft bilden, denn "ein Leib sind wir viele, wir alle, die wir an einem Brote teilhaben"9.

durch die Not

DIE LITURGIE IM ALLGEMEINEN

a) Grundlagen der Liturgie

1. in der natürlichen und übernatürlichen Ordnung des Menschen

13 Die erste Pflicht des Menschen ist es zweifelsohne, sich und Jeder Mensch sein Leben auf Gott hinzuordnen. "Er ist es, dem als unvergänglichem Urgrund wir verbunden sein müssen, auf den als verptlichtet. letstes Ziel auch unsere Wahl immerfort zu richten ist, den wir verlieren, wenn wir ihn in der Sünde hintansetzen, und den wir durch den Glauben und das Bekenntnis des Glaubens wieder gewinnen müssen"10. Der Mensch ist aber richtig auf Gott hingeordnet, wenn er dessen höchste Majestät und Lehrgewalt anerkennt, wenn er die von Gott geoffenbarten Wahrheiten bereiten Sinnes aufnimmt, wenn er die von ihm erlassenen Gesetze in gläubiger Unterwerfung beobachtet, wenn

Gottesverehrung

^{9 1} Kor. 10, 17.

¹⁰ Hl. Thomas, Summa theol. 2, 2, q. 81, a. 1.

breviter perstringamus — debitum cultum atque obsequium per religionis virtutem Deo uni et vero praestat.

- 14 Quod quidem officium si homines singillatim primo loco obligat, at humanam quoque communitatem universam, socialibus ac mutuis nexibus conformatam obstringit, cum et ipsa a summa Dei auctoritate pendeat.
- 15 Animadvertendum autem est homines peculiari modo hoc officio teneri, quia Deus ad ordinem eos evexit supra naturam positum.
- 16 Itaque, si Deum consideramus veterem condentem legem, eum cernimus de sacris etiam ritibus edere praecepta, accuratasque decernere normas, quibus populus obtemperet in legitimo eidem praestando cultu. Quamobrem varia statuit sacrificia, variasque designavit caerimonias, quibus dicatum sibi munus offerretur; eaque omnia perspicue significavit, quae ad foederis arcam, ad templum, ad diesque festos pertinerent. Sacerdotalem tribum et summum sacerdotem constituit; ac vestes etiam indicavit ac descripsit, quibus sacrorum administri uterentur, et quidquid aliud praeterea ad divinum cultum respiceret¹¹.
- 17 Iamvero eiusmodi cultus nihil aliud erat, nisi quaedam illius adumbrata imago 12, quem Summus Novi Testamenti Sacerdos Patri caelesti erat praestaturus.
- 18 Siquidem, vixdum divinum «Verbum caro factum est» ¹³, sacerdotali munere ditatum se mundo manifestat, Aeterno Patri seipsum subiciens, quod quidem per totius suae vitae cursum intermittit numquam: «Ingrediens mundum dicit: ... Ecce venio ... ut faciam, Deus, voluntatem tuam ...» ¹⁴ et in cruento Crucis sacrificio mirandum in modum perfecit: «In qua voluntate sanctificati sumus per oblationem corporis Iesu

¹¹ Cf. lib. Levitici.

¹² Cf. Hebr. 10, 1.

 ¹³ Ioan. 1, 14.
 14 Hebr. 10, 5-7.

er sein ganzes Tun auf ihn ausrichtet, wenn er, um es kurz zu sagen, in Übung der Tugend der Gottesverehrung dem einen und wahren Gott den gebührenden Kult und die gebührende Hingabe erweist.

14 Wenn diese Aufgabe an erster Stelle den Einzelmenschen Diese Pflicht verpflichtet, so obliegt sie doch auch der ganzen durch soziale für die Mensch-Bindungen gebildeten Menschheitsgemeinschaft, da diese heit als Gemeingleicherweise von Gottes höchster Autorität abhängt.

15 Dabei ist zu beobachten, daß jene Pflicht die Menschen noch in sie wird durch besonderer Weise bindet, weil sie Gott nämlich zur übernatürlichen Ordnung erhoben hat.

besteht auch schaft.

die Erhebung des Menschen in die übernatürliche Ordnung verstärkt.

2. in der Offenbarung des Alten und Neuen Bundes

16 Wenn wir deshalb Gott als Gesetgeber des Alten Bundes be- Gott selbst hat trachten, so sehen wir, wie er auch über die heiligen Riten im Alten Bund Kultbestimmun-Vorschriften erläßt und genaue Richtlinien gibt, die das Volk gen erlassen. bei dem ihm zu erweisenden gesetzmäßigen Kult einhalten soll. Er verordnete dementsprechend verschiedene Opfer und bestimmte verschiedene Zeremonien, unter denen die ihm geweihte Gabe dargebracht werden sollte; alles gab er genau an, was die Bundeslade, den Tempel und die Festtage betraf. Er setzte einen Priesterstamm und einen Hohenpriester ein; sogar die Gewänder, welche die Kultdiener tragen sollten, bestimmte und beschrieb er, und was sonst noch zum Gottesdienst gehörte¹¹.

17 Indessen war dieser Kult nur ein schattenhaftes Bild 12 jenes Der Kult des Kultes, den der Hohepriester des Neuen Bundes dem himmlischen Vater erweisen sollte.

18 Kaum nämlich "ist das Wort Fleisch geworden" 13, als es auch Christi Leben schon mit dem Priesteramt bekleidet sich der Welt offenbart. indem es sich dem Ewigen Vater unterwirft und diese Unterwerfung sein ganzes Leben hindurch ununterbrochen fortsetst: zur Rettung der "Beim Eintritt in die Welt spricht Christus: ... Siehe, ich komme . . . deinen Willen, o Gott, zu erfüllen. . . . "14, und im blutigen Kreuzesopfer hat er dies wunderbar erfüllt: "Kraft

im Alten Bund

Alten Bundes war ein Schattenbild des Kultes im Neuen Bund.

und Sterben ist ein priesterliches Wirken zu Gottes Ehre und Menschen.

¹¹ Vgl. das Buch Leviticus.

¹² Vgl. Hebr. 10, 1.

¹³ Joh. 1, 14.

¹⁴ Hebr. 10, 5-7.

² Pius XII., Liturgie

Christi semel» 15. Actuosa eius vitae ratio in humanis non alio procul dubio spectat. Infantulus, Hierosolymis in templo sistitur Domino: adolescens denuo illud adit; postea vero idem iterum iterumque ingreditur cum ad docendam plebem, tum ut suam inibi fundat precem. Antequam publicum exordiatur munus, ieiunium per quadraginta dies servat; ac consilio exemploque suo ad diurnas non modo sed ad nocturnas etiam Deo admovendas supplicationes adhortatur omnes. Utpote veritatis magister, «illuminat omnem hominem» 16, ut rite mortales immortalem Deum agnoscant, neque sint «subtractionis filii in perditionem, sed fidei in acquisitionem animae » 17. Qua vero Pastor, gregem moderatur suum, eum ad vitae pascua perducit, ac legem ea ratione condit, ut nemo ab eo, ab rectoque demonstrato itinere abstrahatur, sed omnes eo afflante ac movente sanctissime vivant. In novissima caena, sollemni ritu atque apparatu, novum celebrat Pascha, quod quidem, divinitus instituta Eucharistia, continuandum consulit; postridie vero, inter terram ac caelum erectus, salutiferum suae vitae Sacrificium offert, suoque ex transverberato pectore ea quodammodo effundit sacramenta quae Redemptionis thesauros hominum animis impertiant. Quae omnia dum agit, ad caelestis Patris gloriam unice respicit ad hominemque maiore usque sanctitate adornandum.

19 Ad supernae autem beatitatis sedem ingressus, quem, per terrenae suae vitae cursum, sacrum instituit ac praestitit cultum, eum vult intermitti numquam. Siquidem non orbatum hominum genus derelinquit, sed quemadmodum valido praesentissimoque patrocinio suo eidem perpetuo adest, advocati munus in caelo gerens apud Patrem 18, ita eidem etiam auxiliatur per Ecclesiam suam, in qua divina praesentia sua volventibus saeculis perennat quamque columnam veritatis 19 ac

¹⁵ Ibid. 10, 10. 16 Ioan, 1, 9.

¹⁷ Hebr. 10, 39. ¹⁸ Cf. 1 Ioan, 2, 1.

¹⁹ Cf. 1 Tim. 3, 15.

dieses Willens sind wir ein für allemal geheiligt durch die Hingabe des Leibes Jesu Christi"15. Sein taterfülltes Menschendasein strebt diesem einen Ziele zu. Als kleines Kind wird er im Tempel zu Jerusalem dem Herrn dargestellt; als Knabe begibt er sich wieder dorthin; später betritt er den Tempel immer und immer wieder, um das Volk zu lehren und dort zu beten. Bevor er seine öffentliche Tätigkeit beginnt, beobachtet er ein vierzigtägiges Fasten; durch seinen Rat und sein Beispiel mahnt er alle, ihr Bittslehen bei Tag und bei Nacht an Gott zu richten. Er, der Lehrer der Wahrheit, "erleuchtet jeden Menschen" 16, daß sie, die Sterblichen, den unsichtbaren Gott gebührend anerkennen und nicht "Söhne feigen Versagens seien zu ihrem Verderben, sondern Kinder des Glaubens, durch den das Leben gewonnen wird"17. Als Hirt leitet er seine Herde, führt sie auf die Weide des Lebens und erläßt sein Gesets so, daß niemand von ihm und dem rechten von ihm gewiesenen Wege sich abziehen lasse, sondern alle unter dem Hauch seines Geistes und in seiner Kraft heilig leben. Beim Letzten Abendmahl begeht er in feierlicher Form das neue Pascha, dessen Fortführung er durch die Einsetzung der heiligen Eucharistie sichert; am folgenden Tag bringt er, zwischen Himmel und Erde schwebend, das heilbringende Opfer seines Lebens dar und läßt seiner durchbohrten Brust gleichsam die Sakramente entströmen, die den Menschen die Schätze der Erlösung zuführen sollen. Bei alledem schaut er einzig auf die Ehre seines himmlischen Vaters und darauf, die Menschen mit immer größerer Heiligkeit zu erfüllen

19 Nach seinem Einzug in die ewige Herrlichkeit will er, daß der Kult, den er im Lauf seines irdischen Lebens eingesetzt und ausgeübt hat, ununterbrochen weiterbestehe. Denn er überläßt das Menschengeschlecht nicht hilflos sich selbst, sondern wie er ihm durch seinen mächtigen und lebendig gegenwärtigen Schutz immerfort beisteht, indem er des Amtes eines Fürsprechers beim Vater waltet 18, so kommt er ihm auch zu Hilfe durch seine Kirche, in der seine göttliche Gegenwart durch die

das im Kult der Kirche fortgesetzt werden soll.



¹⁵ Ebd. 10, 10.

¹⁶ Joh. 1, 9.

¹⁷ Hebr. 10, 39.

¹⁸ Vgl. 1 Joh. 2, 1.

gratiae dispensatricem constituit, suoque Crucis sacrificio fundavit, consecravit et aeternaliter stabilivit²⁰.

20 Ecclesia igitur commune habet cum Incarnato Verbo propositum, officium, munus: hoc est veritatem docere omnes, homines recte regere ac moderari, gratum acceptumque Deo offerre Sacrificium, atque ita admirabilem illam restituere inter summum Creatorem ac res creatas cohaerentiam atque concordiam, quam quidem gentium Apostolus hisce verbis perspicue indicat: «Iam non estis hospites et advenae, sed estis cives sanctorum et domestici Dei, superaedificati super fundamentum Apostolorum et Prophetarum, ipso summo angulari lapide Christo Iesu, in quo omnis aedificatio constructa crescit in templum sanctum in Domino, in quo et vos coaedificamini in habitaculum Dei in Spiritu» 21. Quamobrem societas a Divino condita Redemptore tum doctrina ac regimine suo, tum Sacrificio ac Sacramentis ab eo constitutis, tum denique ministerio ab eodem accepto, ac profusis supplicationibus et sanguine suo, non alio contendit ac spectat, nisi ut magis in dies amplificetur ac coagmentetur; quod profecto efficitur, cum Christus in mortalium animis quasi instruitur ac dilatatur, et cum vicissim mortalium animi veluti Christo aedificantur atque augentur; ita quidem ut hoc in terrestri exsilio sacrum cotidie magis succrescat templum, in quo divina Maiestas gratum accipit legitimumque cultum. Quapropter in omni actione liturgica una cum Ecclesia praesens adest Divinus eius Conditor; praesens adest Christus in augusto altaris Sacrificio, cum in administri sui persona, tum maxime sub Eucharisticis speciebus; praesens adest in Sacramentis virtute sua, quam in eadem transfundit utpote efficiendae sanctitatis instrumenta; praesens adest denique in Deo admotis laudibus

²⁰ Cf. Bonif. IX, Ab origine mundi, d. d. 7 Oct. a. 1391; Callist. III, Summus Pontifex, d. d. 1 Ian. a. 1456; Pius II, Triumphans Pastor, d. d. 22 Apr. a. 1459; Innoc. XI, Triumphans Pastor, d. d. 3 Oct. a. 1678.

²¹ Eph. 2, 19-22.

Jahrhunderte fortdauert, die er zur Säule der Wahrheit 19 und Spenderin der Gnade bestimmt und durch sein Kreuzesopfer gegründet, geheiligt und unvergänglich gefestigt hat 20.

b) Wesen der Liturgie: Fortsetzung des hohepriesterlichen Wirkens lesu Christi

20 Die Kirche hat daher Zweck, Aufgabe und Amt gemeinsam Die Kirche hat mit dem menschgewordenen Gott; sie hat alle die Wahrheit zu lehren, die Menschen richtig zu lenken und zu leiten, Gott gleiche Ziel wie ein wohlgefälliges Opfer darzubringen und so jene wunder- Menschen mit bare Zusammengehörigkeit und Eintracht zwischen Gott dem Schöpfer und den geschaffenen Dingen wiederherzustellen, die der Völkerapostel mit folgenden Worten anschaulich ausdrückt: "So seid ihr nun nicht mehr Fremdlinge und Beisassen, sondern ihr seid Mitbürger der Heiligen und Hausgenossen Gottes, auferbaut auf dem Fundament der Apostel und Propheten, wobei der Eckstein Jesus Christus selbst ist. In ihm ist der ganze Bau fest zusammengefügt und wächst empor zu einem heiligen Tempel im Herrn, in dem auch ihr miterbaut werdet zu einer Wohnung Gottes im Geiste"21. Deshalb zielt die vom göttlichen Erlöser gestiftete Gesellschaft mit ihrer Lehre und Leitung, dem von ihm eingesetzten Opfer und den von ihm gestifteten Sakramenten, mit der von ihm überkommenen Verwaltung und dem von ihr verströmten Gebet und Blut nur auf das eine hin, daß sie täglich sich weite nach außen und innerlich zusammenwachse; was auch erreicht wird, wenn Christus in den Menschenseelen Leben gewinnt und sich entfaltet, und umgekehrt die Menschenseelen durch Christus gleichsam auferbaut werden und wachsen; so, daß in der irdischen Verbannung der heilige Tempel sich täglich weiter wölbt, in dem der göttlichen Majestät die rechte und ihr wohlgefällige Verehrung gezollt wird. Deshalb Deshalb sind ist in jeder liturgischen Handlung zugleich mit der Kirche ihr Kirche im liturg. göttlicher Stifter zugegen. Zugegen ist Christus im hoch- Geschehen

die gleiche Aufgabe und das Gott zu vereinen.

21 Eph. 2, 19-22.

¹⁹ Vgl. 1 Tim. 3, 15.

²⁰ Vgl. Bonifatius IX., Ab origine mundi, vom 7. Oct. 1391; Calixtus III., Summus Pontifex, vom 1. Jan. 1456; Pius II., Triumphans Pastor, vom 22. April 1459; Innozenz XI., Triumphans Pastor, vom 3. Okt. 1678.

ac supplicationibus, secundum illud: « Ubi enim sunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum » 22. Sacra igitur Liturgia cultum publicum constituit, quem Redemptor noster, Ecclesiae Caput, caelesti Patri habet; quemque christifidelium societas Conditori suo et per ipsum aeterno Patri tribuit; utque omnia breviter perstringamus, integrum constituit publicum cultum Mystici Iesu Christi Corporis, Capitis nempe membrorumque eius.

21 Liturgica autem actio tum initium sumpsit, cum Ecclesia divinitus condita fuit. Priscae siquidem aetatis christiani « erant perseverantes in doctrina Apostolorum et communicatione fractionis panis et orationibus » 23 Quocumque Pastores possunt christifidelium coetum cogere, ibi erigunt aram, in qua sacris operantur, et quam circum ceteri ordinantur ritus, quibus homines possint sanctitate imbui, debitamque Deo tribuere gloriam. Quibus in ritibus primo loco Sacramenta habentur, hoc est septem praecipui salutis fontes; dein vero divinae laudis celebratio, qua christifideles etiam invicem coniuncti hortationi Pauli Apostoli obtemperant: « In omni sapientia docentes et commonentes vosmet ipsos, psalmis, hymnis et canticis spiritualibus, in gratia cantantes in cordibus vestris Deo» 24; deinde autem Legis, Prophetarum, Evangelii Apostolorumque epistularum lectio; ac postremo homilia, seu sacra concio, qua coetus praeses Divini Magistri praecepta in memoriam revocata utiliter commentatur, res eventusque graviores vitae Christi commemorat, atque adstantes omnes opportunis adhortationibus et exemplis commonefacit.

²² Matth. 18, 20.

²³ Act. 2, 42.

²⁴ Col. 3, 16.

heiligen Opfer des Altars, in der Person des seine Stelle vertretenden Priesters wie vor allem unter den Eucharistischen Gestalten. Zugegen ist er in den Sakramenten durch seine Kraft, die er in sie als die Werkzeuge der Heiligung strömen läßt. Zugegen ist er endlich im Lob Gottes und im Bittflehen zu ihm, nach dem Worte: "Wo nämlich zwei oder drei in meinem Namen vereint sind, bin ich mitten unter ihnen"22. Die Liturgie als Ganzes bildet deshalb den öffentlichen Kult, Definition der den unser Erlöser, das Haupt der Kirche, dem himmlischen Vater erweist und den die Gemeinschaft der Christgläubigen ihrem Gründer und durch ihn dem Ewigen Vater darbringt; Leibes Jesu um es zusammenfassend kurz auszudrücken: sie stellt den Hauptes und gesamten öffentlichen Kult des Mystischen Leibes Jesu Christi dar, seines Hauptes nämlich und seiner Glieder.

Liturgie: sie ist der vollständige öffentliche Kult des mystischen

21 Die Liturgie nahm gleich ihren Anfang, als die Kirche von seit altester Zeit Gott gegründet war. Die Christen der Urkirche, so heißt es ja, bestandteile der "verharrten in der Lehre der Apostel, in der brüderlichen Liturgie: Gemeinschaft, im Brotbrechen und im Gebet"23. Wo es den Hirten gelingt, eine Gemeinschaft von Gläubigen zu sammeln, dort errichten sie den Altar, auf dem sie das Opfer darbringen, und um den die übrigen Riten sich legen, daß die Menschen sich durch sie heiligen und Gott die ihm gebührende Verherrlichung erweisen können. Unter diesen Riten nehmen die erste Stelle ein die Sakramente, die sieben Hauptquellen des Heils; dann der Lobpreis Gottes, mit dem die Christen, auch untereinander verbunden, der Mahnung des Apostels Paulus gehorchen: "Belehrt und ermahnt einander in aller Weisheit. Singt Gott dankbaren Herzens Psalmen, Lobgesänge und geistliche Lieder"24. Weiter die Lesung aus dem Gesets und den Propheten, aus den Evangelien und den Briefen der Apostel, und endlich die Homilie oder Predigt, in der der Vorsteher der Gemeinde die Vorschriften des göttlichen Meisters ins Gedächtnis ruft und dann nutsbringend erklärt, wichtigere Begebenheiten aus dem Leben Christi anschließt und den Anwesenden geeignete Mahnungen und Beispiele zu Gemüte führt.

das Meßopfer, die Sakramente, das Stundengebet, die Lesungen. die Predigt.

²² Matth. 18, 20.

²³ Apg. 2, 42.

²⁴ Kol. 3, 16.

22 Pro rerum adiunctis christianorumque necessitatibus cultus instruitur, evolvitur novisque ritibus, caerimoniis ac formulis ditatur; idque ea semper ratione, «ut illis rerum signis nos ipsos admoneamus, quantumque ... profecerimus nobis ipsis innotescamus, et ad hoc augendum nos ipsos acrius excitemus: dignior enim sequetur effectus, quem ferventior praecedit affectus » 25. Itaque animus satius aptiusque ad Deum erigitur; ac Iesu Christi sacerdotium per omnem saeculorum decursum nullo non tempore viget, cum sacra Liturgia nihil aliud sit. nisi huius sacerdotalis muneris exercitatio. Quemadmodum divinum eius Caput, ita Ecclesia filiis suis perpetuo adest, eos adiuvat, eosque ad sanctimoniam adhortatur, ut hoc exornati superno decore ad caelestem Patrem aliquando redeant. Qui hac terrena vita donati sunt, eos, superna vita adauctos, quodammodo regignit; eosdemque, adversus implacabilem hostem luctantes, Spiritus Sancti robore confirmat; christianos ad altaria advocat, iteratisque impertitis suasionibus invitationibusque ad Eucharisticum rite participandum celebrandumque Sacrificium excitat, atque angelico pabulo nutrit, quo fortiores usque exsistant; quos suum quemque admissum sauciavit foedavitque, eos expiat atque solatur; qui superno quodam afflatu ad sacerdotalia capessenda munia vocantur, eos legitimo consecrat ritu. Qui vero ad christianam condendam instituendamque familiam ordinantur, castum eorum connubium caelesti gratia caelestibusque muneribus corroborat. Ac denique, postquam extremas mortalis huius vitae horas Eucharistico Viatico ac Sacri Opobalsami unctione refecit ac recreavit, suorum filiorum exuvias pietate summa ad sepulcrum comitatur, easque religiose componit Crucisque munimine protegit, ut inde aliquando ex triumphata morte resurgant. Praeterea eis quoque, qui ut religiosae adipiscantur vitae perfectionem, divino servitio mancipantur, benedicit beneque sollemni modo precatur. Postremo vero animabus, quae, piaculari igne expiandae, suffragia implorant ac preces, adiutricem porrigit manum, ut easdem tandem ad aeternam feliciter reducat beatitatem.

²⁵ S. Augustin., Epist. 130, ad Probam, 18.

22 Je nach den Umständen und den Bedürfnissen der Christen Die Liturgie wird der Kult eingerichtet, ausgebaut und mit neuen Riten, begleitet den Menschen auf Zeremonien und Gebetsformen bereichert, immer zu dem seinem Lebens-Zwecke, "daß wir durch jene Sinnbilder uns selbst anspornen, uns innewerden, wieviel Fortschritte wir gemacht haben, und zu dessen Mehrung uns entschieden aneifern; denn die Wirkung wird um so wertvoller sein, je stärker der Affekt ist, der ihr vorausgeht"25. So erhebt sich das Gemüt beschwingter und leichter zu Gott, und das Priestertum Jesu Christi lebt und wirkt jederzeit durch alle Jahrhunderte hindurch, da die heilige Liturgie nichts anderes ist als die Ausübung dieses Priesteramts. Wie ihr göttliches Haupt, so ist die Kirche ihren Kindern imerfort zugegen, sie hilft ihnen, mahnt sie zu einem heiligen Leben, damit sie einmal, mit dieser übernatürlichen Zier geschmückt, zum himmlischen Vater zurückkehren. Die zum irdischen Leben Geborenen bereichert sie in einer Art von Wiedergeburt mit dem übernatürlichen Leben; für den Kampf gegen den unversöhnlichen Feind stärkt sie dieselben mit der Kraft des Heiligen Geistes; sie ruft die Christen zu den Altären, eifert sie durch wiederholte Einladung an zur andachtsvollen Feier des Eucharistischen Opfers und nährt sie mit der Engelsspeise, damit sie immer mehr erstarken; die durch die Sünde Verwundeten und Befleckten söhnt sie aus mit Gott und tröstet sie; die vom Hauch der Gnade berührt zum Priestertum berufen werden, weiht sie mit dem rechtmäßigen Ritus. Die aber zur Gründung und zum Aufbau einer christlichen Familie bestimmt werden, deren reine Ehe unterbaut sie mit himmlischen Gnadengütern. Nachdem sie endlich für die letzte Stunde des irdischen Daseins durch die Eucharistische Wegzehrung und die heilige Ölung Mut und Kraft verliehen, begleitet sie die sterblichen Überreste ihrer Kinder in liebevoller Gesinnung zu Grabe, bestattet sie fromm und stellt sie unter den Schutz des Kreuzes, damit sie von da einstens nach siegreicher Überwindung des Todes auferstehen. Aber auch jene, die zur Erreichung der religiösen Vollkommenheit sich ganz dem Dienste Gottes weihen, segnet sie mit feierlichem Segen und Gebet. Schließlich reicht sie den Seelen

in Taufe. Firmung, Altarssakrament, Bußsakrament, Priesterweihe. Ehesakrament, Wegzehrung und hi, Ölung, Begräbnis, Segnung der Ordensleute und Fürbitten für die Verstor-

²⁵ Hl. Augustinus, Epist. 130, ad Probam, 18.

- 23 Universus autem, quem Ecclesia Deo adhibet, cultus, ut externus, ita internus esse debet. Externus quidem, nam id natura postulat hominis, qui ex animo corporeque constat: itemque quia divina dispositione factum est, ut « dum visibiliter Deum cognoscimus, per hunc in invisibilium amorem rapiamur »26. Praeterea quidquid ex animo profluit, naturali modo per sensus exprimitur; ac divinus cultus non tantum ad singulos pertinet, sed ad humanam etiam consortionem, atque adeo socialis sit oportet, quod profecto esse nequit, nisi in religionis etiam rebus externa habeantur vincula externaeque significationes. Id denique Mystici Corporis unitatem peculiari modo patefacit in suaque luce ponit, sancta eius studia adauget, eius vires corroborat, eiusque actionem impensiorem cotidie efficit: «licet enim ipsae caerimoniae nullam secundum se perfectionem, nullam contineant sanctitatem, sunt tamen actus externi religionis, quibus, quasi signis, excitatur animus ad rerum sacrarum venerationem, mens ad superna elevatur. nutritur pietas, fovetur caritas, crescit fides, devotio roboratur, instruuntur simpliciores, Dei cultus ornatur, conservatur religio, et veri fideles a pseudochristianis et heterodoxis discernuntur » 27
- 24 At praecipuum divini cultus elementum internum esse debet: oportet enim semper in Christo vivere, eidemque se totum dedere, ut in eo, cum eo et per eum debita caelesti Patri attribuatur gloria. Sacra autem Liturgia postulat ut intime duo eiusmodi elementa inter se coniungantur; quod ipsamet etiam atque etiam commendare non praetermittit, quotiescumque externum aliquem praecipit religiosi cultus actum. Ita verbi

²⁶ Missale Rom., Praef. Nativ.

²⁷ I. Card. Bona, De divina psalmodia c. 19, 3, 1.

im Fegfeuer, die ihre Fürbitte anrufen, ihre hilfreiche Hand, um sie glücklich der ewigen Seligkeit zuzuführen.

c) Eigenschaften der Liturgie: ihr Doppelcharakter als äußerer Kultvollzug und innere Kulthaltung

23 Der gesamte Kult, den die Kirche Gott darbringt, muß sinn- Leib-Seelefällig und innerlich sein. Sinnfällig, weil es so das Wesen des natur des Menaus Leib und Seele zusammengesetzten Menschen verlangt; Gemeinschaftsdann, weil es von Gott so gefügt ist, daß, "während wir Gott Liturgie vermit leiblichem Auge erkennen, er in uns die Liebe zum Un- Zeichen der sichtbaren entflammt"28; ferner liegt es in unserer Natur, daß Gottesverehrung. alles Seelische sich sinnhaften Ausdruck gibt; weiterhin ist die Gottesverehrung nicht nur Sache der einzelnen, sondern ebenso der menschlichen Gemeinschaft und muß deshalb sozialen Charakter tragen, was sie nicht kann, wenn nicht auch der Bereich des Religiösen äußere Bindungen und Kundgebungen kennt. Endlich offenbart das Sinnfällige in besonderer Weise die Einheit des Mystischen Leibes und stellt sie ins rechte Licht, spornt dessen heiligen Eifer an, stärkt seine Kraft und macht seine Tat wirksamer. "Denn wenn auch die Zeremonien aus sich selbst keine Vollkommenheit und Heiligkeit beinhalten, so sind sie doch äußere religiöse Akte, durch die der Geist wie durch Zeichen zur Verehrung alles Heiligen angeeifert, der Sinn zum Himmlischen emporgehoben, die Frömmigkeit genährt, die Liebe erwärmt wird; durch sie wächst der Glaube und wird die Andacht vertieft; durch sie werden die weniger Gebildeten unterrichtet, der Gottesdienst verschönert, die Religion erhalten und die wahren Gläubigen von den unechten Christen und Irrgläubigen unterschieden" 27.

24 Jedoch ist das Hauptgewicht bei der Gottesverehrung auf das Unentbehrlich Innere zu verlegen. Wir müssen immer in Christus leben und innere Haltung uns ihm ganz hingeben, damit in ihm, mit ihm und durch ihn gegenüber der uns ihm ganz hingeben, damit in ihm, mit ihm und durch ihn gegenüber der dem himmlischen Vater die gebührende Ehre gezollt werde. blogen Formalis-Die heilige Liturgie verlangt aber, daß die beiden Elemente Asthetentums. aufs engste miteinander verknüpft seien; sie selbst wird nicht müde, das immer und immer wieder zu empfehlen, so oft sie

²⁶ Röm. Meßbuch, Weihnachtspräfation.

²⁷ J. Kard. Bona, De divina psalmodia c. 19, 3, 1.

gratia nos adhortatur, cum de ieiunio agitur, « ut quod observantia nostra profitetur exterius, interius operetur effectu » 28. Quodsi secus aliterque agitur, tum religio procul dubio inanis ritus ac vacua formae ratio evadit. Nostis autem, Venerabiles Fratres, Divinum Magistrum eos sacro templo indignos existimare, ex eodemque foras eiciendos esse, qui vocibus tantummodo bene concinneque compositis ac mimorum more se Deum honorare autument, sibique persuadeant se optime posse sempiternae suae saluti consulere, quamvis suis ex animis inveterata vitia radicitus non evellant²⁹. Ecclesia igitur percupit ut christifideles omnes ad Redemptoris pedes idcirco se proiciant, ut ei venerationem suam suamque caritatem profiteantur: percupit ut multitudines, puerorum exemplo, qui Christo Hierosolymam advenienti laetantibus vocibus occurrerunt, hymnos concinant, ac Regem regum summumque beneficiorum auctorem gloriae carmine gratiarumque actione prosequantur: utque preces suis ex labiis, supplices interdum, interdum hilares ac gratulantes edant, quibus, uti Apostoli prope lacum Tiberiadis, eius experiantur misericordiae ac potentiae auxilium; vel, uti Petrus in monte Thabor, beatae contemplationis luminibus atque afflatibus acti, aeterno Deo se suaque omnia permittant.

25 Quamobrem a vera ac germana Sacrae Liturgiae notione ac sententia omnino ii aberrant, qui eam utpote divini cultus partem iudicent externam solummodo ac sensibus obiectam, vel quasi decorum quemdam caerimoniarum apparatum; nec minus ii aberrant, qui eam veluti meram legum praeceptorumque summam reputent, quibus Ecclesiastica Hierarchia iubeat sacros instrui ordinarique ritus.

26 Omnibus igitur exploratum esse debet digne non posse honorari Deum, nisi mentes animique ad vitae perfectionem assequendam erigantur; cultum autem, quem Ecclesia, una cum

²⁹ Cf. Marc. 7, 6 et Is. 29, 13.

²⁸ Missale Rom., Secreta feriae V post Dom. II Quadrag.

nämlich einen äußeren Akt religiösen Kultes vorschreibt. So mahnt sie uns z. B. beim Fasten, "unser religiöses Tun möge das, wovon es nach außen Zeugnis gibt, in unserem Innern verwirklichen"28. Sonst wird die Religion zweifelsohne ein leerer Ritus und ein reiner Formalismus. Wie euch, Ehrwürdige Brüder, bekannt, hält der göttliche Meister jene des Gotteshauses für unwürdig und möchte sie aus ihm entfernt wissen, die vermeinen, sie könnten allein schon mit klangvollen schönen Stimmen nach Art der Schauspieler Gott verehren, und die sich einbilden, für ihr ewiges Heil ganz gut Sorge zu tragen, auch wenn sie ihre tief eingewurzelten Fehler nicht mit der Wurzel aus dem Innern herausreißen 29. Die Kirche wünscht also, daß alle Christgläubigen sich zu den Füßen des Erlösers niederwerfen, um ihm ihre Verehrung und Liebe zu erzeigen; sie wünscht, daß die Scharen nach dem Beispiel der Jugend, die Christus bei seinem Einzug in Jerusalem mit Freudengesang entgegenzog, lobsingen und dem König der Könige, dem höchsten Geber aller Güter Jubellieder ertönen lassen und Danksagung darbringen; daß ihren Lippen Gebete entströmen, Bittgebete und froher Lobpreis. durch die sie wie die Apostel am See Genesareth seine barmherzige und allmächtige Hilfe anrufen; oder daß sie, wie Petrus auf dem Berg Tabor, vom Lichtglanz und der Wonne seliger Beschauung hingerissen, sich und das Ihrige dem Ewigen Gott anheimgeben.

25 Daher irren vom wahren Begriff und Sinn der heiligen Es ist falsch, das Liturgie jene entschieden ab, die unter ihr nur den äußeren Wesen der Liturgie nur in und sinnfälligen Teil des Gottesdienstes oder etwa eine wür- den außeren dige Aufmachung von Zeremonien verstehen. Und ebenso Vorsehrlitten gehen jene fehl, die sie nur für eine Sammlung von Gesetzen und Vorschriften halten, von der kirchlichen Hierarchie er-

lassen für die Handhabung der heiligen Riten.

26 Es muß allen eine Selbstverständlichkeit sein, daß Gott nicht Die Liturgie würdig verehrt werden kann, wenn nicht Geist und Sinn zur zu innerer Heill-Vollkommenheit angeeifert werden, und daß der Kult, den gung führen. die Kirche in Vereinigung mit ihrem göttlichen Haupt Gott

Wesen der Zeremonien und zu sehen.

²⁹ Vgl. Mark. 7, 6 und Is. 29, 13.

²⁸ Röm. Meßbuch, Stillgebet vom Donnerstag nach dem 2. Fastensonntag.

divino Capite suo coniuncta, Deo praestat, sanctitudinis adipiscendae habere efficacitatem quam maximam.

- 91 Qua in re gravissima ne perniciosus oriatur error, offerendi vocem propriae significationis terminis circumscribamus oportet. Incruenta enim illa immolatio, qua consecrationis verbis prolatis Christus in statu victimae super altare praesens redditur, ab ipso solo sacerdote perficitur, prout Christi personam sustinet, non vero prout christifidelium personam gerit. At ideirco quod sacerdos divinam victimam altari superponit, eamdem Deo Patri qua oblationem defert ad gloriam Sanctissimae Trinitatis et in bonum totius Ecclesiae. Hanc autem restricti nominis oblationem christifideles suo modo duplicique ratione participant: quia nempe non tantum per sacerdotis manus, sed etiam una cum ipso quodammodo Sacrificium offerunt: qua quidem participatione, populi quoque oblatio ad ipsum liturgicum refertur cultum.

88 In der katholischen Kirche hat zu jeder Zeit die vom Glauben Die Vernunft erleuchtete Vernunft sich bemüht, nach Möglichkeit zu einem größeren Verstehen des Göttlichen zu gelangen. So ist es natürlich, daß auch das christliche Volk in frommem Empfinden zu begreifen suche, in welchem Sinn es im Kanon des Eucharistischen Opfers heißt, daß auch es selbst das Opfer darbringe. Um diesem frommen Verlangen Genüge zu tun, wollen Wir die Frage hier kurz und klar erläutern.

sucht genauer zu erfassen. in welchem Sinne die Glaubigen das Opfer darbringen.

89 Zunächst sind es Gründe, die dem Wesen der Sache ferner liegen, insofern es nämlich nicht selten vorkommt, daß die Gläubigen bei der Teilnahme an der heiligen Feier ihre Gebete mit denen des Priesters, abwechselnd sprechend, verknüp- in den einst fen; sodann bringen die Gläubigen manchmal - und das geschah in früheren Zeiten häufiger - den Dienern des Altares Brot und Wein, damit sie zum Leib und Blut Christi werden; Stipendien. endlich weil sie Almosen geben, damit der Priester das göttliche Opfer für sie darbringe.

Das Mitopfern der Glänbigen kommt zum Ausdruck in den Wechselgebeten. Naturaloblationen und in der Stiftung von

90 Es besteht aber auch ein innerer Grund, weshalb man von allen Christen, besonders von denen, die am Altare stehen, sagt, daß sie das Opfer darbringen.

91 Damit in dieser wichtigen Frage nicht ein verhängnisvoller Irrtum entstehe, müssen Wir das Wort "Darbringen des Opfers" in seiner eigentlichen Bedeutung genau umgrenzen. Die unblutige Hinopferung, in der durch die Wandlungsworte handlung des Christus im Zustand des Opfers auf dem Altare gegenwärtig wird, ist das Werk des Priesters allein, insofern er die Person Christi vertritt, nicht aber insofern er die Person der Gläubigen darstellt. Dadurch aber, daß der Priester das göttliche Opfer auf den Altar legt, bringt er es Gott dem Vater als Opfergabe dar zur Ehre der heiligsten Dreifaltigkeit und zum Wohl der ganzen Kirche. An dieser Opferdarbringung im strengen Sinn nehmen die Gläubigen auf ihre Art und in zweifacher Hinsicht teil: sie bringen nämlich das Opfer dar nicht nur durch die Hände des Priesters, sondern gewissermaßen zusammen mit ihm; durch diese Teilnahme wird auch die Darbringung des Volkes in den liturgischen Kult selbst einbezogen.

Entscheidend besteht es aber in einer gewissen Teilnahme an der Opfer-

- 92 Christifideles autem per sacerdotis manus Sacrificium offerre ex eo patet, quod altaris administer personam Christi utpote Capitis gerit, membrorum omnium nomine offerentis; quo quidem fit, ut universa Ecclesia iure dicatur per Christum victimae oblationem deferre. Populum vero una cum ipso sacerdote offerre non idcirco statuitur, quod Ecclesiae membra, haud aliter ac ipse sacerdos, ritum liturgicum adspectabilem perficiant, quod solius ministri est ad hoc divinitus deputati: sed idcirco quod sua vota laudis, impetrationis, expiationis gratiarumque actionis una cum votis seu mentis intentione sacerdotis, immo Summi ipsius Sacerdotis, eo fine coniungit, ut eadem in ipsa victimae oblatione, externo quoque sacerdotis ritu. Deo Patri exhibeantur. Externus enim sacrificii ritus suapte natura cultum internum manifestet necesse est: novae autem legis Sacrificium supremum illud obsequium significat, quo ipse principalis offerens, qui Christus est, et una cum eo et per eum omnia eius mystica membra debito Deum honore prosequantur ac venerentur.
- 93 Magno autem cum animi gaudio certiores facti sumus eiusmodi doctrinam, postremis hisce praesertim temporibus, ob impensius multorum liturgicae disciplinae studium, in sua luce fuisse collocatam. Facere tamen non possumus quin veritatis superlationes traiectionesque, quae cum germanis Ecclesiae praeceptis non concordent, vehementer deploremus.
- 94 Nonnulli siquidem illa omnino Sacrificia reprobant, quae privatim ac non adstante populo offerantur, quasi a prisca sacrificandi forma aberrent; nec desunt qui asseverent sacerdotes non posse eodem tempore pluribus in aris divina litare hostia, quod hac agendi ratione communitatem dissocient, eiusque unitatem in discrimen adducant: itemque non desunt, qui eo usque procedant, ut oportere prorsus reputent plebem confirmare ratumque habere Sacrificium, ut illud vim virtutemque sortiatur suam.

92 Daß die Gläubigen das Opfer durch die Hände des Priesters darbringen, geht aus folgendem hervor: Der Diener des Altars vertritt die Person Christi als des im Namen aller Glieder Gläubigen den opfernden Hauptes: deshalb kann man auch mit Recht sagen: Die gesamte Kirche vollzieht durch Christus die Darbringung der Opfergabe. Daß aber das Volk zugleich mit dem Priester das Opfer darbringt, hat nicht etwa den Sinn, als ob die Priesters ver-Glieder der Kirche ebenso wie der Priester selbst die sichtbare liturgische Handlung vollzögen - denn das ist ausschließlich Aufgabe des von Gott dazu berufenen Dieners; es gilt vielmehr deshalb, weil das Volk seine Gesinnungen des Lobes, der Bitte, der Sühne und Danksagung mit den Gesinnungen oder der inneren Meinung des Priesters, ja des Hohenpriesters selbst, zu dem Zwecke vereinigt, daß sie in der eigentlichen Opferdarbringung auch durch den äußeren Ritus des Priesters Gott dem Vater entboten werden. Der äußere Opferritus muß nämlich seiner Natur nach den inneren Kult zum Ausdruck bringen: Das Opfer des Neuen Bundes stellt aber jene höchste Huldigung dar, in welcher der hauptsächlich Darbringende, Christus nämlich, und zusammen mit ihm sowie durch ihn alle seine mystischen Glieder Gott durch die ihm schuldige Ehrung verherrlichen.

wobei der Priester im Namen der sichtbaren Ritus vollzieht, während die Glänbigen ihre Opfergesinnung mit der des einigen.

93 Mit großer Freude haben Wir vernommen, daß diese Lehre Die Erneuerung zumal in den letstvergangenen Zeiten durch das von vielen der Lehre vom betriebene eifrigere Studium der Liturgie in das gebührende ist erfreulich, Licht gestellt wurde. Wir können aber nicht umhin, die Überspitzungen und Verzerrungen der Wahrheit, die mit den echten Weisungen der Kirche nicht übereinstimmen, sehr zu beklagen.

Laienpriestertum

94 Manche verwerfen nämlich einfachhin die heiligen Messen, die privat und ohne Anwesenheit des Volkes gelesen werden, als ob sie von der ursprünglichen Opferart abwichen. Es fehlt heutige Praxis auch nicht an denen, die behaupten, die Priester dürften nicht führen. gleichzeitig an mehreren Altären das heilige Opfer feiern, weil sie damit die Gemeinschaft lockerten und deren Einheit in Gefahr brächten. Ebenso gibt es solche, die so weit gehen zu meinen, das Volk müsse das heilige Opfer bestätigen und bekräftigen, um ihm seine Geltung und Wirksamkeit zu verleihen. 81

sie darf aber nicht zu Angriffen gegen die der Privatmesse

⁶ Pius XII., Liturgie

- Perperam hac in re ad socialem Eucharistici Sacrificii indolem provocatur. Quotiescumque enim sacerdos id renovat, quod divinus Redemptor in novissima caena peregit, reapse Sacrificium consummatur: quod quidem Sacrificium, semper et ubique, itemque necessario ac suapte natura, publico et sociali munere fruitur; quandoquidem is, qui illud immolat, et Christi et christifidelium, cuius Divinus Redemptor est Caput, nomine agit, atque illud Deo offert pro Ecclesia Sancta Catholica, ac pro vivis et defunctis 88. Idque fit procul dubio sive christifideles praesentes adsint quos Nos frequentissimos pientissimosque adesse cupimus ac commendamus —, sive non adsint, cum neutiquam requiratur ut, quod sacrorum administer fecerit, populus ratum habeat.
- 96 Licet tamen ex iis, quae modo exposuimus, clare pateat nomine Christi atque Ecclesiae litari, neque suis fructibus etiam socialibus Eucharisticum privari Sacrificium quamvis nullo praesente acolytho a sacerdote celebretur, nihilo secius ob huius tam augusti mysterii dignitatem, volumus atque urgemus quod ceteroquin semper praecepit Mater Ecclesia ut nullus sacerdos ad altare accedat, nisi adsit minister, qui ei inserviat eique respondeat, ad normam canonis DCCCXIII.
- 97 Ut autem oblatio illa, qua in hoc Sacrificio christifideles divinam victimam Caelesti Patri offerunt, plenum sortiatur effectum, aliud quoque adiungant oportet: semet ipsos nempe quasi hostiam immolent necesse est.
- 98 Quae quidem immolatio ad liturgicum solummodo Sacrificium non reducitur. Vult enim Apostolorum Princeps ut eo ipso quod Christo tamquam lapides vivi superaedificamur, possimus tamquam «sacerdotium sanctum, offerre spirituales hostias acceptabiles Deo per Iesum Christum» 89; Paulus autem Apostolus absque ullo temporis discrimine hisce verbis christianos

⁸⁸ Missale Rom., Canon Missae.

^{89 1} Petr. 2, 5.

95 Zu Unrecht beruft man sich dafür auf den sozialen Charakter Das Meßopfer des Eucharistischen Opfers. Sooft nämlich der Priester das erneuert, was der göttliche Erlöser beim Letzten Mahle tat, ein Gemeinwird in Wahrheit das heilige Opfer vollzogen; dieses Opfer hat aber immer und überall und zwar notwendig und kraft seines Wesens selbst einen öffentlichen und sozialen Charakter; denn derjenige, der es darbringt, handelt im Namen Christi und der Gläubigen, deren Haupt der göttliche Erlöser ist, und er bringt es Gott dar für die heilige katholische Kirche sowie für die Lebenden und die Verstorbenen 88. Das geschieht aber zweifellos, ob nun Gläubige anwesend - und Wir wünschen und empfehlen, daß sie in großer Zahl und Andacht anwesend seien -, oder ob keine da sind; denn es ist keineswegs erforderlich, daß das Volk bestätige, was der Diener des Heiligtums vollführt.

als Privatmesse.

96 Wenn sich nun auch aus dem eben Gesagten klar ergibt, daß Trotzdem bleibt das Eucharistische Opfer im Namen Christi und der Kirche dargebracht wird, und daß es auch seiner sozialen Früchte nicht verlustig geht, selbst wenn es ohne Altardiener vom Priester gefeiert würde, so wollen und betonen Wir dennoch - was übrigens die Mutter Kirche immer vorgeschrieben hat -, daß kein Priester an den Altar trete ohne einen Gehilfen, der ihm diene und antworte; gemäß Kanon 813.

die Zelebration ohne Ministrant verboten.

4. Bedeutung der Selbstopferung der Gläubigen

97 Damit aber jene Darbringung, durch welche die Gläubigen in Um die volle diesem Opfer die göttliche Opfergabe dem himmlischen Vater darbieten, ihre volle Wirkung erziele, müssen sie noch etwas anderes hinzufügen, nämlich sich selbst als Opfergabe dar- sich selbst bringen.

Wirkung des MeBopfers zu erreichen, sollen die Glänbigen opfern.

98 Diese Hinopferung ist aber nicht auf das liturgische Opfer Dieses Selbstbeschränkt. Der Apostelfürst will, daß wir als "heiliges Priestertum geistige, Gott wohlgefällige Opfer durch Jesus Christus darbringen"89 können gerade dadurch, daß wir als lebendige Bausteine auf Christus aufgebaut sind. Der Apostel Paulus aber ermahnt ohne Unterschied der Zeit die Gläubigen

opfer erstreckt. sich über das liturgische Opfer hinaus auf das ganze Leben.

⁸⁸ Röm. Meßbuch, Kanon

^{89 1} Petr. 2, 5.

adhortatur: «Obsecro itaque vos, ... ut exhibeatis corpora vestra hostiam viventem, sanctam, Deo placentem, rationabile obsequium vestrum » 90. At cum potissimum christifideles liturgicae actioni tam pia intentaque mente coniunguntur, ut de iisdem reapse dici queat: « quorum tibi fides cognita est et nota devotio » 91, facere non possunt quin sua cuiusque fides alacrius per caritatem operetur, pietas vigeat atque flammescat, ac singuli universi divinae procurandae gloriae se consecrent, vehementerque cupientes Iesu Christo, acerrimos perpesso dolores, sese arctissime assimulare, cum ipso Summo Sacerdote et per ipsum se quasi spiritualem hostiam offerant.

99 Quod quidem illa etiam adhortamenta docent, quibus Episcopus, Ecclesiae nomine, sacrorum administros appellat quo die eos consecrat: « Agnoscite quod agitis, imitamini quod tractatis, quatenus, mortis dominicae mysterium celebrantes, mortificare membra vestra a vitiis et concupiscentiis omnino procuretis » 92. Ac fere eodem modo in sacris Liturgiae libris christiani admonentur, qui ad altare accedant, ut sacra participent: «Sit in hoc ... altari innocentiae cultus, immoletur superbia, iracundia iuguletur, luxuria omnisque libido feriatur, offeratur pro turturibus sacrificium castitatis et pro pullis columbarum innocentiae sacrificium» 93. Dum igitur altari adstamus, ita animum nostrum transformemus oportet, ut quidquid peccatum est in eo penitus restinguatur, quidquid vero per Christum vitam gignit supernam, enixe refoveatur ac roboretur: atque adeo nos efficiamur, una cum Immaculata Hostia, victima Aeterno Patri accepta.

100 Quod quidem propositum sanctissimum ut Ecclesia aptiore, quo fieri possit, modo ad effectum deducere queat, per sacrae Liturgiae praecepta omni ope enititur. Huc enim non solum

⁹⁰ Rom. 12. 1. 93 Ibid., De altaris consecrat., Praefatio.

⁹¹ Missale Rom., Canon Missae.

⁹² Pontif. Rom., De Ordinatione presbyteri.

mit den Worten: "Ich beschwöre euch . . ., bringt euren Leib als ein lebendiges, heiliges, Gott wohlgefälliges Opfer dar. So verrichtet ihr einen geistigen Gottesdienst"90. Wenn aber gerade die Christgläubigen der liturgischen Handlung so andächtig und aufmerksam beiwohnen, daß man wirklich von ihnen sagen kann: "deren Glauben und Hingabe du kennst" 91 dann ist es unausbleiblich, daß auch eines jeden Glaube durch die Liebe in eifrigerem Tun sich auswirke, die Frömmigkeit erstarke und sich entflamme, alle und jeder sich ganz der Förderung der Ehre Gottes weihen und in dem lebendigen Verlangen nach engster Angleichung an Jesus Christus, den Dulder bitterster Leiden, sich mit ihm, dem Hohenpriester, und durch ihn als geistige Opfergabe darbringen.

unaufhörlich die

99 Das lehren auch jene Ermahnungen, die der Bischof im Davon sprechen Namen der Kirche den Dienern des Altares an ihrem Weihe- unaufhörlich tag zuruft: "Beachtet, was ihr tut, und ahmt nach, was ihr vollzieht! Da ihr das Geheimnis des Todes unseres Herrn begeht, sollt ihr trachten, eure Glieder den Sünden und Begierden ersterben zu lassen"92. Fast in derselben Weise werden in den liturgischen Büchern die Christen, die sich zur Teilnahme an den heiligen Geheimnissen dem Altare nahen, ermahnt: "Es walte auf diesem . . . Altare der Kult der Unschuld, es werde hingeopfert der Hochmut, erstickt der Zornmut, getroffen die Ausschweifung und jede Begierlichkeit, es werde statt der Turteltauben dargebracht das Opfer der Keuschheit und statt der jungen Tauben das der Schuldlosigkeit" 93. Während wir also um den Altar versammelt sind, sollen wir unser Inneres derart umformen, daß alles, was Sünde in ihm ist, völlig ausgelöscht, jedoch mit Eifer gepflegt und gestärkt werde alles, was durch Christus das übernatürliche Leben nährt, so daß wir zusammen mit der makellosen Opferhostie ein dem Ewigen Vater wohlgefälliges Opfer werden.

100 Die Kirche bemüht sich in jeder Weise, durch die liturgischen Das bezwecken Vorschriften jenes heilige Vorhaben bestmöglich zu verwirk- Lesungen, die lichen. Diesem Ziele dienen nicht allein die Lesungen, die Feier des

Kirchenjahres und die gesamten Riten.

⁹⁰ Röm, 12, 1.

⁹¹ Röm. Meßbuch, Kanon.

⁹² Röm. Pontifikale, Priesterweihe.

⁹³ Ebd., Altarweihe, Präfation.

lectiones spectant, homiliae ceteraeque sacrorum administrorum conciones universusque mysteriorum cyclus, quae nobis per anni decursum recolenda proponuntur, sed vestimenta etiam ac sacri ritus eorumque externus apparatus; quae quidem eo pertinent ut « maiestas tanti Sacrificii commendetur, et mentes fidelium per haec visibilia religionis et pietatis signa, ad rerum altissimarum, quae in hoc Sacrificio latent, contemplationem excitentur » 94.

- 101 Omnia igitur liturgiae elementa eo contendunt, ut animus noster Divini Redemptoris imaginem per Crucis mysterium in se referat secundum illud Apostoli gentium: « Christo confixus sum Cruci; vivo autem, iam non ego, vivit vero in me Christus » 95. Quam ob rem nos veluti hostia una cum Christo efficimur ad augendam Aeterni Patris gloriam.
- 102 Huc igitur christifideles, divinam victimam in Eucharistico Sacrificio offerentes, animum convertant atque erigant. Si enim, ut S. Augustinus scribit, mysterium nostrum in mensa dominica positum est 96, id est ipse Christus Dominus, prout Caput et symbolum coagmentationis illius exsistit, qua nos Corpus Christi sumus 97 et membra corporis eius 98; si S. Robertus Bellarminus ad mentem doctoris Hipponensis docet, in Sacrificio altaris generale significari sacrificium, quo universum Corpus Christi Mysticum, id est tota redempta civitas offertur Deo per Christum, Sacerdotem magnum 99: nihil rectius, nihil iustius excogitari potest, quam nos omnes una cum Capite nostro, pro nobis passo, nosmetipsos quoque Aeterno Patri immolare. In altaris enim Sacramento, eodem Augustino auctore, Ecclesiae demonstratur, in re, quam eadem offert, ipsam quoque offerri 100.

⁹⁴ Cf. Conc. Trid., Sess. 22, c. 5.

⁹⁵ Gal. 2, 19-20. 99 Cf. S. Robertus Bellarm., De Missa 2, c. 8.

⁹⁶ Cf. Serm. 272. 100 Cf. De civ. Dei 10, c. 6.

⁹⁷ Cf. 1 Cor. 12, 27.

⁹⁸ Cf. Eph. 5, 30.

Schrifterklärungen und die übrigen Predigten der Diener des Heiligtums sowie der gesamte Ablauf der Geheimnisse, wie sie uns im Laufe des Jahres vor Augen gestellt werden; dem gleichen Zwecke dienen auch die heiligen Gewänder und Riten wie deren äußerer Zubehör. Das alles bezweckt, "die Hoheit und Würde dieses großen Opfers zum Bewußtsein zu bringen und die Herzen der Gläubigen mittels der sichtbaren Zeichen der Gottesverehrung und Andacht zur Betrachtung des Erhabenen, das in diesem Opfer verborgen liegt, aufzurufen"94

101 Der ganze Aufbau der Liturgie zielt also darauf hin, daß ziel des Selbstunsere Seele durch das Geheimnis des Kreuzes das Bild des Liturgie übergöttlichen Erlösers in sich auspräge gemäß dem Worte des Apostels: "Mit Christus bin ich gekreuzigt. Ich lebe, doch nicht Christus zu einer mehr ich, — Christus lebt in mir"95. So werden wir gleichsam gabe. eine einzige Opfergabe mit Christus zur größeren Ehre des

Ewigen Vaters.

102 Sooft also die Gläubigen beim Eucharistischen Opfer die gött- Im Meßopter liche Opfergabe darbringen, sollen sie ihren Sinn auf dieses Wird der ganze Ziel richten und zu ihm erheben. Wenn nämlich, wie der Christi geopfert, heilige Augustinus schreibt, unser Geheimnis auf dem Tisch und Robert des Herrn ruht 96, nämlich Christus der Herr selbst als Haupt bezeugen. und Sinnbild jenes Organismus, durch den wir der Leib Christi sind 97 und Glieder seines Leibes 98; wenn der heilige Robert Bellarmin im Sinn des Kirchenlehrers von Hippo sagt, im Opfer des Altares werde das allgemeine Opfer versinnbildet, durch das der gesamte Mystische Leib Christi, d. h. die ganze erlöste Gemeinschaft Gott dargebracht wird durch den Hohenpriester Christus 99; so ist nichts gehöriger und gerechter, als daß wir alle zusammen mit unserem Haupte, das für uns gelitten hat, auch uns selbst dem Ewigen Vater hinopfern. Wie Augustinus wiederum sagt, wird im Altarsakrament der Kirche kundgetan, daß in dem Opfer, das sie darbringt, auch sie selbst geopfert wird 100.

opfers wie der haupt ist die Umformung in

⁹⁴ Vgl. Trienter Konzil, 22. Sitzung, Kap. 5.

⁹⁹ Vgl. Hl. Robert Bellarmin, De Missa 2, Kap. 8. 95 Gal. 2, 19-20.

¹⁰⁰ Hl. Augustinus, De civ. Dei 10, 6. 96 Vgl. Sermo 272.

⁹⁷ Vgl. 1 Kor. 12, 27.

⁹⁸ Vgl. Eph. 5, 30.

Animadvertant igitur christifideles ad quam eos dignitatem sacrum Baptismatis lavacrum evexerit; neque satis habeant generali ea mentis intentione, quae Christi membra Ecclesiaeque filios decet, Eucharisticum participare Sacrificium, sed cum Summo Sacerdote eiusque in terris administro, ex sacrae Liturgiae rationibus, ultro arctissimeque coniuncti, una cum eodem tum peculiari modo devinciantur, cum divinae Hostiae consecratio peragitur, eamdemque una cum eo offerant, cum sollemnia illa verba pronuntiantur: «Per ipsum, et cum ipso, et in ipso est tibi Deo Patri Omnipotenti, in unitate Spiritus Sancti, omnis honor et gloria per omnia saecula saeculorum » 101; quibus quidem verbis populus respondet: «Amen.» Neque christiani obliviscantur semet ipsos suasque sollicitudines, dolores, angustias, miserias necessitatesque una simul cum divino Capite Cruci suffixo offerre.

104 Laudibus igitur ii digni sunt, qui eo consilio ducti, ut christiana plebs Eucharisticum Sacrificium facilius salubriusque participet, «Missale Romanum» apte in populi manibus ponere conantur, ita quidem ut christifideles, una cum sacerdote copulati, iisdem eius verbis iisdemque Ecclesiae sensibus comprecentur; itemque ii laudibus exornandi sunt, qui efficere contendunt, ut Liturgia externo etiam modo actio sacra fiat, quam reapse adstantes omnes communicent. Id quidem non una ratione contingere potest; cum nimirum universus populus, ex sacrorum rituum normis, vel sacerdotis verbis recto servato ordine respondet, vel cantus edit, qui cum variis Sacrificii partibus congruant, vel utrumque facit, vel denique cum in Sacris sollemnibus alternas Iesu Christi administri precibus dat voces unaque simul liturgica cantica concinit.

¹⁰¹ Missale Rom., Canon Missae.

103 Die Gläubigen mögen also eingedenk sein, zu welcher Würde Die Teilnahme sie das heilige Bad der Taufe erhoben hat; und sie sollen sich nicht damit zufrieden geben, am Eucharistischen Opfer mit der allgemeinen, den Gliedern Christi und Kindern der im Amen der Kirche geziemenden Absicht teilzunehmen; im Geiste der heiligen Liturgie sollen sie darüber hinaus, aufs innigste verbunden mit dem Hohenpriester und seinem Diener auf Erden, sich dann in besonderer Weise ihm anschließen, wenn die Wandlung der göttlichen Opfergabe geschieht; sie sollen dieselbe zusammen mit ihm aufopfern, wenn die feierlichen Worte ausgesprochen werden: "Durch ihn und mit ihm und in ihm wird dir, Gott, allmächtiger Vater, in der Einheit des Heiligen Geistes alle Ehre und Verherrlichung durch alle Ewigkeit" 101, worauf das Volk antwortet: "Amen". Und die Gläubigen sollen nicht vergessen, sich selbst und ihre Sorgen, Leiden und Ängste, ihr Elend und ihre Nöte zugleich mit dem ans Kreuz geschlagenen göttlichen Haupt aufzuopfern.

der Gläubigen am MeBopfer findet ihre Bekräftigung SchluBdoxologie des Kanons.

5. Möglichkeiten der Teilnahme am Meßopfer

104 Demnach verdienen jene Anerkennung, die, um dem christ- Die Bemühungen lichen Volk die Teilnahme am Eucharistischen Opfer leichter und heilbringender zu machen, bei passender Gelegenheit den Leuten das "Römische Meßbuch" in die Hand zu geben suchen, so daß die Gläubigen, dem Priester verbunden, mit denselben Worten wie er und mit den gleichen Gesinnungen der Kirche mitbeten. Ebenso gebührt auch jenen Lob, die sich darum mühen, daß die Liturgie auch nach außen eine heilige Handlung werde, an der tatsächlich alle Umstehenden teilnehmen. Das kann auf mehrfache Weise geschehen, indem nämlich das ganze Volk nach den liturgischen Regeln auf die Worte des Priesters in gehöriger Weise antwortet, oder auch gemäß den verschiedenen Teilen des Opfers entsprechende Lieder singt, oder beides verbindet, oder schließlich, indem es im feierlichen Hochamt auf die Gebete des Dieners Jesu Christi antwortet und zugleich die liturgischen Gesänge singt.

Teilnahme der Gläubigen am MeBopfer sind lobenswert.

¹⁰¹ Röm. Meßbuch, Kanon.

- 105 Quae tamen Sacrificii participandi rationes tum dilaudandae ac commendandae sunt, cum Ecclesiae praeceptis sacrorumque rituum normis diligenter obtemperant. Eo autem potissimum spectant, ut christianorum pietatem eorumque intimam cum Christo cum eiusque adspectabili administro coniunctionem alant ac foveant, itemque internos illos sensus et habitus excitent, quibus animus noster Summo Sacerdoti Novi Testamenti assimuletur oportet. Nihilo secius, quamvis externo quoque modo demonstrent Sacrificium suapte natura, utpote a Mediatore Dei et hominum 102 peractum, totius Mystici Corporis Christi opus esse habendum; neutiquam tamen necessariae sunt ad publicam eiusmodi constituendam communemque notam. Ac praeterea id genus Sacrum, alternis vocibus celebratum, in locum augusti Sacrificii sollemniter peracti suffici non potest; quod quidem, etiamsi adstantibus solummodo sacris administris fiat, ob rituum maiestatem caerimoniarumque apparatum peculiari fruitur dignitate sua, cuius tamen splendor et amplitudo, si frequens pietateque praestans populus adsit, ut Ecclesiae in votis est, summopere adaugetur.
- 106 Animadvertendum quoque est eos veritatem egredi rectaeque rationis iter, qui fallacibus opinationibus ducti, haec rerum adiuncta tanti faciant, ut asseverare non dubitent, iisdem praetermissis, rem sacram statutum sibi finem assequi non posse.
- 107 Haud pauci enim e christifidelibus « Missali Romano », etiamsi vulgata lingua exarato, uti nequeunt; neque omnes idonei sunt ad recte, ut addecet, intellegendos ritus ac formulas liturgicas. Ingenium, indoles ac mens hominum tam varia sunt atque absimilia, ut non omnes queant precibus, canticis sacrisque actionibus, communiter habitis, eodem modo moveri ac duci. Ac praeterea animorum necessitates et propensa eorum studia non eadem in omnibus sunt, neque in singulis semper eadem permanent. Quis igitur dixerit, praeiudicata eiusmodi opinione compulsus, tot christianos non posse Eucharisticum

¹⁰² Cf. 1 Tim. 2, 5.

105 Diese verschiedenen Formen der Teilnahme am Opfer sind Die üblichen jedoch nur dann zu loben und zu empfehlen, wenn sie sich getreu an die rituellen Vorschriften und Normen halten. Diese Feler des Meghaben vor allem den Zweck, die Frömmigkeit der Christen uns mit Christus und ihre innige Verbindung mit Christus sowie dessen sichtbarem Vertreter zu nähren und zu fördern, ferner jene Gesinnungen und Seelenhaltungen anzuregen, durch die wir dem eharakter des Hohenpriester des Neuen Bundes angeglichen werden sollen. Megopters un Sie zeigen auch nach außen, daß das Opfer, da es vom Mittler begründen ihn allerdings nicht. zwischen Gott und den Menschen 102 dargebracht wird, seiner Natur nach als Werk des ganzen Mystischen Leibes Christi anzusehen ist; dennoch sind sie aber keineswegs notwendig. um ihm den Öffentlichkeits- und Gemeinschaftscharakter zu geben. Außerdem kann eine heilige Messe mit abwechselnd gesprochenen Gebeten nicht das festlich begangene Opfer ersetzen; auch wenn dieses nur in Anwesenheit der Diener des Altares gefeiert würde, ist ihm doch wegen der Hoheit der Riten und der Aufmachung der Zeremonien eine besondere Würde eigen, deren Glanz und Feierlichkeit allerdings sehr gesteigert wird, nimmt, wie die Kirche es wünscht, das Volk zahlreich und mit frommer Gesinnung daran teil.

Formen der gemeinsamen opfers sollen und dem Priester verbinden; auch sollen sie den Gemeinschafts-Meßopfers unter-

106 Noch ist folgendes zu bemerken: auch die weichen von der Falsch ist es. Wahrheit und vom geraden Wege der Vernunft ab, die, von trügerischen Einfällen verleitet, jene Nebensachen so hoch wendig anzuseansetzen, daß sie sich zur Behauptung versteigen, ohne diese könne die heilige Handlung das ihr gesteckte Ziel nicht erreichen

diese Formen als unbedingt not-

107 Eine nicht geringe Zahl der Gläubigen ist ja nicht einmal imstande, sich des "Römischen Meßbuches" zu bedienen, selbst wenn es in ihre Muttersprache übertragen ist; es sind auch nicht alle fähig, die liturgischen Riten und Formeln recht und gebührend zu verstehen. Geist, Charakter und Anlage der Menschen sind so verschieden und mannigfaltig, daß nicht alle in gleicher Weise beeindruckt und geleitet werden können durch gemeinsam verrichtete Gebete, Gesänge und heilige Handlungen. Außerdem sind die seelischen Bedürfnisse und Anliegen nicht bei allen diesselben, noch bleiben sie bei den

Nicht alle Gläubigen vermögen auf die vorbezeichnete Weise das Megopfer mitzufeiern.

¹⁰² Vgl. 1 Tim. 2, 5.

participare Sacrificium, eiusque perfrui beneficiis? At ii alia ratione utique possunt, quae facilior nonnullis evadit; ut, verbi gratia, Iesu Christi mysteria pie meditando, vel alia peragendo pietatis exercitia aliasque fundendo preces, quae, etsi formâ a sacris ritibus differunt, natura tamen sua cum iisdem congruunt.

- Quamobrem vos adhortamur, Venerabiles Fratres, ut in Dioecesi vel ecclesiastica dicione cuiusque vestra modum rationemque, quibus populus liturgicam actionem participet, moderari atque ordinare velitis secundum normas, quas «Missale» statuit, et secundum praecepta, quae Sacrum Consilium ritibus praepositum et Codex Iuris Canonici edidere; ita quidem ut debito omnia ordine ac decore fiant, neve cuilibet, etsi sacerdoti, liceat arbitrio suo sacris aedibus quasi experimenti causa uti. Quam ad rem id etiam Nobis in votis est, ut in singulis Dioecesibus, quemadmodum Consilium habetur sacris musicis et artibus tutandis, sic Consilium quoque constituatur ad liturgicum provehendum apostolatum, ut vigilanti cura vestra diligentur omnia ex Apostolicae Sedis praescriptionibus eveniant.
- 109 In religiosorum autem sodalium Communitatibus ea omnia, quae propriae Constitutiones hac in re statuere, accurate serventur, neque res novae inducantur, quas earumdem Communitatum moderatores non ante probaverint.
- 110 Quantumvis vero externae rationes rerumque adiuncta, quibus christianus populus Eucharisticum Sacrificium participat ceterasque liturgicas actiones, varia ac dissimilia esse queant, eo tamen studiosissime semper contendendum est, ut arctioribus, quibus fieri possit, nexibus adstantium animi Divino Redemptori devinciantur, utque eorum vita sanctitate cotidie auctiore exornetur ac caelestis Patris gloria cotidie magis adaugeatur.

einzelnen immer gleich. Wer möchte darum, aus einem solchen Vorurteil heraus, behaupten, daß so viele Christen nicht am Eucharistischen Opfer teilnehmen und dessen Segnungen erfahren könnten? Sie können es wahrlich auf andere Weise, die manchen leichter fällt. z. B. durch frommes Nachdenken über die Geheimnisse Iesu Christi oder durch andere Übungen der Frömmigkeit und mit anderen Gebeten, die, obgleich in der Form verschieden von den heiligen Riten, ihrem Wesen nach doch damit übereinstimmen.

108 Deshalb ermahnen Wir euch, Ehrwürdige Brüder, daß jeder Die Bischöfe in seiner Diözese oder in seinem kirchlichen Sprengel die Teilnahme des Volkes an der liturgischen Handlung gemäß den nahme nach den Normen, die das "Missale" aufstellt, und nach den von der Richtlinien Ritenkongregation und dem kirchlichen Gesetzbuch erlassenen Vorschriften leiten und ordnen möge. So soll alles in rechter Ordnung und Würde ausgeführt werden, ohne daß der ein- Ratest in den zelne, auch wenn er Priester ist, das Recht habe, die heiligen Stätten nach seinem Belieben gleichsam zu Versuchen zu gebrauchen. Zu diesem Zweck ist es auch Unser Wunsch, daß in den einzelnen Diözesen - ähnlich wie schon eine Beratungsstelle für die Fragen der Musik und Kunst besteht - ein Rat zur Förderung des liturgischen Apostolats errichtet werde, damit durch eure wachsame Sorge sich alles entsprechend den Vorschriften des Apostolischen Stuhles vollziehe.

sollen die Formen der Teilkirchlichen ordnen, Erwünscht ist die Bildung eines ,Liturgischen Bistümern.

109 In den Ordensgemeinschaften aber soll alles genau eingehal- Die Klosterten werden, was die eigenen Konstitutionen diesbezüglich bestimmen, und es sollen keine Neuerungen eingeführt wer- ihre Konstituden, welche die Leiter der betreffenden Gemeinschaften nicht vorher gebilligt haben.

gemeinschaften mögen sich an

110 Zwar können die äußeren Verhältnisse und Umstände, unter Bei aller Verdenen das christliche Volk am Eucharistischen Opfer und an Eucharistischen Beden übrigen liturgischen Handlungen teilnimmt, sehr mannigfaltig und verschieden sein, deshalb soll man sich aber stets immer ihre nur um so eifriger dafür einsetzen, daß die Seelen der Teil-, möglichst enge Verbindung mit nehmer möglichst eng sich mit dem göttlichen Erlöser verbinden, daß ihr Leben mit täglich wachsender Heiligkeit erfüllt und die Ehre des himmlischen Vaters täglich mehr gefördert werde.

schiedenheit der tätigung der Gläubigen soll möglichst enge Christus erstrebt werden.

- 111 Augustum altaris Sacrificium divinae dapis Communione concluditur. Attamen, ut omnes norunt, ad eiusdem Sacrificii integritatem habendam requiritur solummodo ut Sacerdos caelesti pabulo reficiatur, non autem ut populus etiam quod ceteroquin summopere optandum est ad sacram synaxim accedat.
- 112 Placet autem hac super re eas iterare animadversiones, quas Decessor Noster Benedictus XIV de Tridentini Concilii definitionibus habet: « Primo . . . dicendum Nobis occurrit, nemini ex fidelibus in mentem venire posse Missas privatas, in quibus sacerdos solus sacram sumit Eucharistiam, propterea veri, perfecti et integri Sacrificii incruenti a Christo Domino instituti rationem amittere, ideoque illicitas esse existimandas. Nec enim ignorant fideles aut saltem facile edoceri possunt, Sacrosanctum Concilium Tridentinum, innixum doctrinae, quam perpetua Ecclesiae traditio servavit, huic adversantem novam falsamque Lutheri sententiam damnasse » 103. «Si quis dixerit Missas, in quibus solus sacerdos sacramentaliter communicat, illicitas esse, ideoque abrogandas, anathema sit » 104.
- 113 Ex veritatis igitur itinere ii aberrant, qui sacris operari nolint, nisi si christiana plebs ad divinam mensam accedat; ac magis etiam ii aberrant, qui, ut contendant necessarium omnino esse christifideles una cum sacerdote Eucharistica pasci dape, captiose asseverent heic agi non de Sacrificio solummodo, sed de Sacrificio ac caena fraternae communitatis, atque sacram Synaxim ponant, communiter actam, quasi totius celebrationis culmen.
- 114 Etenim etiam atque etiam animadvertendum est Eucharisticum Sacrificium suapte natura incruentam esse divinae victimae immolationem, quae quidem mystico modo ex sacrarum

Litt. Encycl. Certiores effecti, d. d. 13 Nov. a. 1742, § 1.
 Conc. Trid., Sess. 22, can. 8.

c) Die heilige Kommunion

1. Bedeutung der Kommunion im Meßopfer

111 Das hochheilige Opfer des Altares wird mit der Kommunion Nur die Komdes göttlichen Mahles beschlossen. Wie alle wissen, gehört munion des Priesters gehört aber zur Vollständigkeit des Meßopfers nur, daß der Priester mit dem himmlischen Mahle sich labe, jedoch nicht, daß auch opters; die der das Volk zum heiligen Tische gehe, wiewohl das höchst sehr erwünscht, wünschenswert ist.

keit des Meß-Gläubigen ist

112 Diesbezüglich möchten Wir die Bemerkungen wiederholen, Das hat vor die Unser Vorgänger Benedikt XIV. zu den Bestimmungen des Trienter Konzils macht: "Zunächst müssen Wir sagen, im Anschluß an daß niemand unter den Gläubigen auf den Gedanken kom- betont. men kann, die privaten Messen, in denen der Priester allein die heilige Eucharistie empfängt, würden damit die Eigenschaft des wahren, vollkommenen und vollständigen, von Christus dem Herrn eingesetzten unblutigen Opfers verlieren und seien deshalb als unerlaubt anzusehen. Die Gläubigen wissen nämlich oder können wenigstens leicht darüber belehrt werden, daß das Trienter Konzil auf Grund der von der immerwährenden kirchlichen Überlieferung bewahrten Lehre die ihr entgegengesetzte neue und falsche Meinung Luthers verurteilt hat"103. "Wer sagt, die Messen, in denen der Priester allein sakramental kommuniziere, seien unerlaubt und deshalb abzuschaffen, der sei ausgeschlossen" 104.

allem Papst Benedikt XIV. das Tridentinum

113 Es irrt also vom Weg der Wahrheit ab, wer das heilige Opfer Falsch ist es zu nicht feiern will, außer wenn das christliche Volk zum Tisch des Herrn hinzutritt; noch mehr ist im Irrtum, wer -- um es als unbedingte Notwendigkeit hinzustellen, daß die Gläu- forderlich und bigen zusammen mit dem Priester das Eucharistische Mahl der Höhepunkt empfangen - spitsfindig behauptet, es handle sich hier nicht nur um ein Opfer, sondern um ein Opfer und zugleich ein Mahl der brüderlichen Gemeinschaft, und es sei die gemeinschaftlich empfangene Kommunion gleichsam der Höhepunkt der ganzen Opferfeier.

behanpten, die Kommunion der Gläubigen sei unbedingt er-

114 Es muß immer wieder betont werden: das Eucharistische Die Kommunion Opfer ist seiner Natur nach eine unblutige Hinopferung der Wesen, wohl aber göttlichen Opfergabe, was auf geheimnisvolle Weise durch keit des Meß-

opfers.

¹⁰³ Rundschreiben Certiores effecti, vom 13. Nov. 1742, § 1.

¹⁰⁴ Trienter Konzil, 22. Sitzung, Kan. 8.

specierum separatione patet, ex earumque oblatione Aeterno Patri peracta. Sacra autem synaxis ad idem integrandum ad idemque Augusti Sacramenti communione participandum pertinet; dumque administro sacrificanti omnino necessaria est, christifidelibus est tantummodo enixe commendanda.

- 115 Quemadmodum autem Ecclesia, ut veritatis magistra est, catholicae fidei integritatem omni ope tutari enititur, ita, ut suorum est filiorum sollicita mater, eosdem summopere adhortatur ad maximum eiusmodi religionis nostrae beneficium studiose frequenterque participandum.
- 116 Cupit imprimis ut christiani cum praesertim Eucharisticam dapem reapse sumere haud facile queant votis saltem eam sumant; ita quidem ut vivida excitata fide, ac demisso reverenter animo Divinique Redemptoris voluntati omnino fidenti, flagrantiore, quo fieri possit, caritatis studio cum eodem coniungantur.
- 117 Sed hoc non satis eidem est. Quandoquidem enim, per Angelorum panis convivium, Sacrificii, ut supra diximus, «sacramentali» etiam Communione participes fieri possumus, idcirco Ecclesia Mater, ut efficaciore ratione «Redemptionis fructum in nobis iugiter sentiamus» 105, filiis suis singulis universis Christi Domini invitationem iterat: «Accipite et manducate. Hoc facite in meam commemorationem» 106. Quam ad rem Tridentina Synodus, Iesu Christi eiusque intaminatae Sponsae votis veluti resonans, vehementer adhortata est « ut in singulis Missis fideles adstantes non solum spirituali affectu, sed sacramentali etiam Eucharistiae perceptione communicarent, quo ad eos sanctissimi huius Sacrificii fructus uberior proveniret» 107. Quin immo Decessor Noster imm. mem. Benedictus XIV, ut satius luculentiusque patescat christifideles per

¹⁰⁵ Missale Rom., Collecta Festi Corp. Christi.

^{106 1} Cor. 11, 24. 107 Sess. 22, c. 6.

⁹⁶

die Trennung der heiligen Gestalten und durch ihre Darbringung an den Ewigen Vater zum Ausdruck kommt. Die heilige Kommunion gehört zu dessen Vollständigkeit und zur Teilnahme daran mittels der hochheiligen sakramentalen Vereinigung; während diese für den opfernden Priester unbedingt erfordert ist, wird sie den Gläubigen nur dringend empfohlen.

2. Praktische Anweisungen

115 Wie aber die Kirche als Lehrerin der Wahrheit die Unversehrtheit des katholischen Glaubens nach Kräften zu schützen sucht, so ermahnt sie als besorgte Mutter ihre Kinder ein- nahme am Eudringlich, sich eifrig und häufig einer so großen, ja größten Wohltat unserer Religion teilhaft zu machen.

Die Kirche mahnt zu eifriger Teilcharistischen

116 Sie wünscht vor allem, daß die Christen - besonders wenn wer die hi. Komsie nicht leicht das Eucharistische Mahl in Wirklichkeit emp- munion nicht fangen können — es wenigstens durch das Verlangen emp- soll wenigstens fangen, und zwar so, daß sie durch Erweckung lebendigen danach wecken. Glaubens, durch eine demütig und ehrfürchtig hingegebene, dem Willen des göttlichen Erlösers sich ganz überlassende Seelenhaltung in möglichst brennendem Eifer der Liebe sich mit ihm verbinden.

empfangen kann. das Verlangen

117 Doch das genügt der Kirche noch nicht. Da wir nämlich, wie Da die Komoben gesagt, durch den Empfang des Engelsbrotes auch in "sakramentaler" Kommunion des Opfers teilhaftig werden opfer bedeutet, können, will die Kirche, daß wir wirksamer "die Frucht der möglichst die Erlösung dauernd in uns erfahren"105, und sie wiederholt eben geopfer ihren Kindern, einzeln und insgesamt, die Einladung Christi des Herrn: "Nehmt hin und esset.... Tut dies zu meinem Andenken"106. Darum hat das Konzil von Trient die Wünsche Jesu Christi und seiner makellosen Braut gleichsam erneut ausgesprochen und nachdrücklich ermahnt, "daß an den einzelnen Messen die anwesenden Gläubigen nicht nur mit geistigem Verlangen, sondern auch durch den sakramentalen Empfang der Eucharistie teilnehmen, auf daß bei ihnen um so reichere Früchte dieses hochheiligen Opfers erwachsen" 107.

munion Anteilnahme am Meßsollten dabei eben geopferten geteilt werden.

¹⁰⁵ Röm. Meßbuch, Oration vom Fronleichnamsfest.

^{106 1} Kor. 11, 24.

¹⁰⁷ Trienter Konzil, 22. Sitzung, Kap. 6.

⁷ Pius XII., Liturgie

Eucharistiae perceptionem divinum ipsum participare Sacrisicium, eorum pietatem dilaudat, qui non modo caelesti pabulo, dum Sacrificio intersunt, enutriri cupiant, sed ipsis in eodem Sacrificio consecratis hostiis cibari praeoptent, quamvis, ut ipse declarat, vere ac reapse Sacrificium participetur, etiamsi de Eucharistico pane agatur, cuius consecratio iam antea rite peracta fuerit. Ita enim scribit: « Et quamvis de eodem Sacrificio participent, praeter eos, quibus a sacerdote celebrante tribuitur in ipsa Missa portio Victimae a se oblatae, ii etiam, quibus sacerdos Eucharistiam reservari solitam ministrat; non tamen idcirco aut vetuit umquam Ecclesia, aut modo vetat, satisfieri ab ipso sacerdote pietati et iustae eorum petitioni, qui Missae adstantes, ad consortium admitti postulant eiusdem Sacrificii, quod et ipsi pariter offerunt ea ratione, quae ipsos decere potest: immo probat atque cupit ne id omittatur, eosque sacerdotes increparet, quorum culpa et negligentia fidelibus participatio illa denegaretur» 108.

118 Faxit autem utinam Deus, ut sollicitis hisce Ecclesiae invitationibus omnes ultro libenterque respondeant; faxit Deus ut christifideles vel cotidie, si possint, Sacrificium divinum non solum spirituali modo participent, sed Augusti etiam Sacramenti communione, Iesu Christi Corpus sumentes, pro omnibus Aeterno Patri oblatum. Excitate, Venerabiles Fratres, in eorum animis, qui vestris demandati sunt curis, studiosam ac veluti inexplebilem Iesu Christi famem; vobis magistris, altaria pueris iuvenibusque stipentur, qui sese, innocentiam suam, suamque actuosam navitatem Divino offerant Redemptori; frequentes accedant coniuges, qui ad sacram mensam enutriti, inde sumant ut subolem sibi creditam Iesu Christi sensibus

¹⁰⁸ Litt. Encycl. Certiores effecti, § 3.

Damit noch mehr und klarer offenbar werde, daß die Gläubigen durch den Empfang der heiligen Eucharistie am göttlichen Opfer selbst teilnehmen, lobt Unser Vorgänger unsterblichen Andenkens, Benedikt XIV., den frommen Sinn derer, die bei der heiligen Messe nicht bloß mit der himmlischen Speise genährt zu werden verlangen, sondern überdies mit den in der gleichen heiligen Messe selbst konsekrierten Hostien gespeist zu werden vorziehen, obgleich, wie er selbst erklärt, man wahrhaft und wirklich am Opfer teilhat, auch wenn es sich um Eucharistisches Brot handelt, dessen Verwandlung schon früher ordnungsgemäß vollzogen wurde. Er schreibt nämlich: "Außer jenen Gläubigen, denen vom zelebrierenden Priester in seiner Messe selbst ein Anteil an der von ihm dargebrachten Opfergabe dargereicht wird, nehmen zwar auch die jenigen am gleichen Opfer teil, denen der Priester die wie gewohnt aufbewahrte Eucharistie austeilt; dennoch hat die Kirche nie verboten, noch verbietet sie jetzt, daß der Priester der Frömmigkeit und der gerechten Bitte derer willfahre, die bei Anwohnung der heiligen Messe zur Anteilnahme an dem gleichen Opfer zugelassen werden wollen, das sie ja auch selbst in der ihnen zustehenden Weise darbringen; die Kirche billigt und wünscht sogar, daß dies nicht unterlassen werde, und sie würde jene Priester tadeln, durch deren Schuld und Nachlässigkeit den Gläubigen eine solche Anteilnahme verweigert würde" 108.

118 Gebe Gott, daß alle willig und gern diesen dringlichen Einladungen der Kirche entsprechen mögen! Gebe Gott, daß die Gläubigen, wenn sie es können, sogar täglich am göttlichen Opfer nicht bloß in geistiger Weise teilnehmen, sondern auch durch die Anteilnahme am hochheiligen Sakramente, indem sie den Leib Jesu Christi empfangen, der für alle dem Ewigen Vater dargebracht wurde! Erweckt, Ehrwürdige Brüder, in den Seelen derer, die eurer Hirtensorge anvertraut sind, einen sehnlichen, gleichsam unersättlichen Hunger nach Jesus Christus! Dank eurer Unterweisung mögen die Altäre dicht umdrängt werden von Kindern und jungen Menschen, die sich selbst, ihre Unschuld und ihre taterfüllte Begeisterung dem

Die Gläubigen mögen täglich an Meßopfer und Kommunion teilnehmen.

¹⁰⁸ Rundschreiben Certiores effecti, § 3.

eiusque caritate conforment; advocentur opifices, ut cibum illum accipere queant, qui validus ac numquam deficiens eorum vires redintegret, quique eorum laboribus sempiternam in caelo mercedem praeparet; omnes denique cuiusvis ordinis homines convocate ac compellite intrare 109; quandoquidem hic est panis vitae, quo omnes indigent. Iesu Christi Ecclesia hoc uno pane fruitur, quo nostrorum animorum optata ac desideria expleat, quo eos arctissime Iesu Christo coagmentet, et quo denique « unum corpus » 110 fiant, ac veluti fratres inter se ii consocientur, qui eidem caelesti Mensae assideant, ut frangentes panem unum, pharmacum sumant immortalitatis 111.

- 119 Valde autem opportunum est, quod ceteroquin Liturgia statuit, populum ad sacram accedere synaxim, postquam sacerdos divinam dapem ex ara libaverit; atque, ut supra scripsimus, ii dilaudandi sunt, qui, Sacro adstantes, hostias in eodem Sacrificio consecratas accipiant, ita quidem ut reapse contingat « ut quotquot ex hac altaris participatione sacrosanctum Filii tui corpus et sanguinem sumpserimus, omni benedictione caelesti et gratia repleamur » 112.
- 120 Verumtamen causae interdum non desunt, nec rarae sunt, cur Eucharisticus panis vel ante vel post Sacrificium ipsum distribuatur, et cur etiam quamvis sacra habeatur synaxis statim ac sacerdos se caelesti epulo cibaverit hostiis tamen id fiat iam superiore tempore consecratis. Hisce etiam in rerum adiunctis quod ceteroquin iam supra admonuimus populus rite Eucharisticum participat Sacrificium, ac facilius non raro potest ad Mensam vitae aeternae accedere. Quodsi tamen

¹⁰⁹ Cf. Luc. 14, 23.

^{110 1} Cor. 10, 17.

¹¹¹ Cf. S. Ignat. Martyr., Ad Ephes. 20. ¹¹² Missale Rom., Canon Missae.

göttlichen Erlöser darbieten! In Scharen mögen hinzutreten die Eheleute, damit sie, am heiligen Tisch gespeist, dort Kraft holen, um die ihnen anvertraute Nachkommenschaft den Gesinnungen und der Liebe Iesu Christi nachzubilden. Es mögen die Arbeiter dorthin gerufen werden, um jene Speise empfangen zu können, die, weil stark und nie versagend, ihre Kräfte erneuert und für ihre Arbeiten den immerwährenden Lohn im Himmel vorbereitet. Ruft, mit einem Worte, alle Menschen jeden Standes und "drängt sie herbeizukommen" 109. denn dies ist das Brot des Lebens, dessen alle bedürfen. Die Kirche Jesu Christi besitzt nur dieses eine Brot, um damit das Sehnen und Wünschen unserer Herzen zu stillen, sie aufs engste mit Jesus Christas zu verbinden, auf daß sie schließlich "ein Leib"110 werden und damit untereinander, Brüdern gleich, alle jene vereint seien, die an der gleichen Tafel sich einfinden, um im Brechen des einen Brotes das Heilmittel der Unsterblichkeit zu empfangen 111.

119 Es ist jedoch sehr angebracht und übrigens von der Liturgie sie sollen mögvorgesehen, daß das Volk zur heiligen Kommunion hinzutrete, Kommunion des nachdem der Priester die göttliche Speise am Altar genommen Priesters die eben hat. Wie Wir oben geschrieben haben, sind auch jene zu Hostien loben, welche die im gleichen Opfer, dem sie beiwohnen, konsekrierten Hostien empfangen, so daß wirklich zutrifft, "daß alle, die wir gemeinsam von diesem Altare das hochheilige Fleisch und Blut Deines Sohnes empfangen, mit allem

Gnadensegen des Himmels erfüllt werden"112.

120 Dennoch gibt es zuweilen Gründe, ja sie sind nicht selten, Für eine abweswegen das Eucharistische Brot vor oder nach dem Opfer sind gute Gründe selbst ausgeteilt werden soll und weshalb - auch wenn die erforderlich. Kommunionausteilung gleich nach der Kommunion des Priesters erfolgt - dies mit Hostien geschehen muß, die schon länger konsekriert sind. Wie Wir schon oben hinwiesen, nimmt das Volk auch unter diesen Umständen ordnungsgemäß am Eucharistischen Opfer teil und kann sich nicht selten leichter

lichst nach der konsekrierten emplangen.

weichende Praxis

112 Röm, Meßbuch, Kanon.

¹⁰⁹ Vgl. Luk. 14, 23,

^{110 1} Kor. 10, 17.

¹¹¹ Vgl. Hl. Martyrer Ignatius, Ad Ephes. 20.

Ecclesia, pro materna indulgentia sua, spiritualibus filiorum necessitatibus occurrere nititur, ii nihilo secius pro sua quisque parte debent, quidquid sacra Liturgia suadeat, non facile spernere, ac quotiescumque probabilis non obsistat causa, ea omnia efficere, quibus vivens Mystici Corporis unitas clarius ad altare patescat.

- 121 Opus sacrum, quod peculiares Liturgiae normae moderantur, postquam peractum est, non eum gratiarum actione exsolvit, qui caeleste degustavit pabulum; quin immo valde consentaneum est eum. Eucharistica accepta dape ac publicis conclusis ritibus, se recollegere, ac cum Divino Magistro intime coniunctum, cum eodem, prouti rerum adiuncta concedant, dulcissime salubriterque colloqui. Ii igitur ex recto secedunt veritatis tramite, qui verbo magis quam sententiae inhaerentes, asseverent ac doceant post Sacrum absolutum haud esse eiusmodi gratiarum actionem producendam, non modo quod ipsum altaris Sacrificium per se gratiarum sit actio, sed quod etiam ad peculiarem actum id pertineat privatae ac propriae suae cuiusque pietatis, non autem ad communitatis bonum.
- 122 At contra ipsa Sacramenti natura hoc postulat, ut eius perceptio uberes christianis edat sanctitatis fructus. Dimittitur utique publicus communitatis coetus, at singuli, una cum Christo copulati, in suo quisque animo laudis canticum non intermittant oportet «gratias agentes semper pro omnibus, in nomine Domini Nostri Iesu Christi, Deo et Patri » 118. Sacra etiam Eucharistici Sacrificii Liturgia ad hoc nos adhortatur, cum nos hisce verbis precari iubet: «Da, quaesumus, ut in gratiarum semper actione maneamus 114, ... et a tua numquam laude cessemus » 115. Quamobrem, si nullo non tempore grates Deo agendae sunt, et a sua laude est numquam cessandum,

¹¹³ Eph. 5, 20.

¹¹⁴ Missale Rom., Postcommunio Dominicae infra Oct. Ascens.

¹¹⁵ Ibid., Postcommunio Dominicae I post Pentec.

dem Tisch des ewigen Lebens nahen. Wenn aber die Kirche in ihrem mütterlichen Wohlwollen den geistlichen Bedürfnissen ihrer Kinder entgegenzukommen sucht, so sollen sie dennoch ihrerseits nicht leichthin vernachlässigen, was die heilige Liturgie anrät, und sooft kein nennenswerter Grund entgegensteht, sollen sie an alles sich halten, wodurch die lebendige Einheit des Mystischen Leibes am Altare deutlicher zum Ausdruck kommt.

d) Die Danksagung

121 Ist die heilige, von besonderen Normen der Liturgie geregelte Falsch ist es, die Handlung beendet, so entbindet dies den nicht von der Dank- Danksagung nach der Komsagung, der die himmlische Speise gekostet hat; es ist im munion abzu-Gegenteil sehr angebracht, daß er sich nach Empfang des Eucharistischen Mahles und nach Abschluß der öffentlichen Riten sammle und, innig mit dem göttlichen Meister verbunden, mit ihm, soweit die Umstände es gestatten, traute und heilsame Zwiesprache halte. Es sind also jene vom rechten Weg der Wahrheit entfernt, die, mehr auf das Wort als auf den Sinn achtend, behaupten und lehren, man brauche nach Vollendung des heiligen Opfers keine derartige Danksagung anzusetten, nicht bloß weil das Opfer des Altares selbst an sich schon Danksagung sei, sondern auch weil diese Sache der privaten und persönlichen Frömmigkeit jedes einzelnen, nicht aber des Wohles der Gemeinschaft sei.

122 Ganz im Gegenteil, gerade die Natur des Sakramentes ver- sie wird durch langt, daß sein Empfang reiche Früchte christlicher Heiligkeit ebenso wie durch zeitige. Wohl löst sich die öffentliche Zusammenkunft der die liturgischen Texte und die Gemeinschaft auf, aber die Einzelnen, eng mit Christus ver- Anwelsungen bunden, sollen das Loblied in ihrem Herzen nicht unter- empfohlen. lassen, "allezeit Gott dem Vater für alles dankend im Namen unseres Herrn Jesus Christus" 113. Auch die heilige Liturgie des Eucharistischen Opfers fordert uns dazu auf, wenn sie uns mit den Worten beten läßt: "Gib, wir bitten dich darum, daß wir immer in Danksagung verharren 114 ... und von deinem Lobe niemals ablassen"115. Wenn wir aber zu jeder

¹¹³ Eph. 5. 20.

¹¹⁴ Röm Meßbuch, Postcommunio vom Sonntag in der Oktav von Christi Himmelfahrt.

¹¹⁵ Ebd., Postcommunio vom 1. Sonntag n. Pf.

quisnam audeat Ecclesiam reprehendere vel improbare, quod sacerdotibus suis 116 ac christifidelibus suadeat post sacram synaxim parumper saltem cum Divino colloqui Redemptore, et quod liturgicis inseruerit libris opportunas preces, indulgentiae muneribus ditatas, quibus sacrorum administri vel antequam sacris operentur divinaque dape reficiantur, apte se praeparent, vel, re divina peracta, gratum Deo profiteantur animum? Tantum abest ut sacra Liturgia intimos singulorum christianorum sensus reprimat, ut eos potius idcirco refoveat atque instimulet, ut Iesu Christo assimulentur, per eumdemque ad caelestem Patrem dirigantur; quapropter haec eadem disciplina postulat ut quisquis sancta de altari libaverit, debitas Deo grates persolvat. Divino enim placet Redemptori nos deprecantes audire, nobiscum aperto animo colloqui, nobisque in flagranti Corde suo praebere refugium.

- 123 Quin immo eiusmodi actus, singulorum proprii, omnino necessarii sunt, ut uberius omnes supernis fruamur thesauris, quibus Eucharistia affluit, eosdemque pro facultate in ceteros refundamus, ut Christus Dominus in omnium animis suae virtutis plenitudinem assequatur.
- 124 Cur igitur, Venerabiles Fratres, eos non dilaudemus, qui cum Eucharisticum pabulum acceperint, postquam etiam christifidelium coetus publice dimissus sit, una cum Divino Redemptore intima familiaritate commorentur, non modo ut cum eo colloquantur suavissime, sed ut eidem etiam grates agant debitasque referant laudes, ac praesertim ut opem poscant, ut ex animis arceant cuiusque suis quidquid sacramenti efficacitatem minuat, utque ea omnia pro sua parte efficiant, quae praesentissimae Iesu Christi actioni obsecundare possint? Id peculiari modo faciant, hortamur, cum suscepta exsequendo proposita, christianasque exercendo virtutes, tum ad suas referendo necessitates quod regali liberalitate acceperint. Certe

¹¹⁶ C. I. C., can. 810.

Zeit Gott Dank sagen müssen und niemals von seinem Lobe ablassen dürfen, wer möchte da die Kirche zu tadeln oder zu mißbilligen wagen, wenn sie ihren Priestern 116 und den Gläubigen rät, nach der heiligen Kommunion wenigstens eine Weile mit dem göttlichen Erlöser Zwiesprache zu halten, und wenn sie in die liturgischen Bücher geeignete, mit Ablässen versehene Gebete aufgenommen hat, damit so die Diener des Altars vor der heiligen Messe und Kommunion sich entsprechend vorbereiten und nach der Feier der heiligen Geheimnisse Gott ihren Dank bekunden können? Weit entfernt davon, die innersten Gesinnungen der einzelnen Christen zu unterdrücken, regt und spornt die heilige Liturgie diese vielmehr an, daß sie sich Jesus Christus angleichen und durch ihn auf den himmlischen Vater gerichtet werden. Deshalb fordert sie, daß jeder, der am Altare das heilige Brot empfangen hat, Gott auch den gebührenden Dank darbringe. Es gefällt dem göttlichen Erlöser, unsere Bitten anzuhören, mit uns in eine Herzensunterredung einzutreten und uns in seinem flammenden Herzen Zuflucht zu bieten.

123 Noch mehr: solch persönliche Akte der einzelnen sind un- Sie ist notbedingt notwendig, damit wir alle in reicherem Maße die wendig zur Ausschöpfung himmlischen, in der heiligen Eucharistie wogenden Schätze der Gnadenempfangen und, je nach Möglichkeit, an andere weiterleiten, Eucharistie. auf daß Christus der Herr in allen Seelen zur Fülle seiner

Kraft gelange.

124 Warum, Ehrwürdige Brüder, sollten wir also nicht jenen Lob Das persönliche spenden, die nach Empfang des Eucharistischen Mahles und Kommunion ist auch, nachdem die öffentliche Versammlung der Gläubigen daher sehr aufgelöst ist, noch mit dem göttlichen Erlöser in tiefster Verbundenheit verweilen, nicht bloß um sich mit ihm liebend zu besprechen, sondern auch um ihm Dank zu sagen, den gebührenden Lobpreis darzubringen und besonders, um die Kraft zu erbitten, alles aus der eigenen Seele zu entfernen, was die Wirksamkeit des Sakraments mindern könnte, und alles von ihrer Seite zu tun, was das tiefinnere Wirken Jesu Christi zu begünstigen imstande wäre? Wir ermahnen sie, das mit besonderer Sorgfalt zu tun, indem sie sowohl die ge-

empfehlenswert.

¹¹⁶ Kirchl, Rechtsbuch, Kan. 810.

equidem aurei libelli auctor *De imitatione Christi* secundum Liturgiae praecepta et afflatum loquitur, cum haec ei suadet, qui ad sacram synaxim accesserit: «Mane in secreto et fruere Deo tuo: ipsum enim habes, quem totus mundus tibi auferre non potest» ¹¹⁷.

125 Nos omnes itaque una cum Christo arctissime devincti, sanctissimo eius animo quasi nos submergere nitimur, atque idcirco eidem coagmentamur, ut illos actus participemus, quibus ipse grato acceptissimoque obsequio Augustam Trinitatem adorat; quibus summas Aeterno Patri grates laudesque refert, caelis terrisque concorditer resonantes, secundum illud: «Benedicite omnia opera Domini Domino » 118; quibus denique consociati caelestem opem eo horae momento imploramus, quo nullum magis opportunum datur ad petenda impetrandaque Christi nomine auxilia 119, et quibus potissimum hostiam nos offerimus atque immolamus dicentes: «Nosmet ipsos tibi perfice munus aeternum» 120.

126 Continenter Divinus Redemptor studiosam geminat invitationem suam: «Manete in me» 121. Per Eucharistiae autem Sacramentum Christus in nobis et nos in Christo commoramur; et quemadmodum Christus, in nobis manens, vivit et operatur, ita oportet nos, in Christo manentes, per eum vivamus atque operemur.

¹¹⁷ Lib. 4, c. 12.

¹¹⁸ Dan. 3, 57.

¹¹⁹ Cf. Ioan. 16, 23.

¹²⁰ Missale Rom., Secreta Missae Ss. Trinit.

¹²¹ Ioan. 15, 4.

faßten Vorsätze ausführen und die christlichen Tugenden üben als auch auf ihre Verhältnisse anwenden, was sie mit himmlischer Freigebigkeit erhalten haben. Ganz im Sinne der Vorschriften und des Geistes der Liturgie spricht der Verfasser des goldenen Büchleins "Von der Nachfolge Christi". wenn er dem, der die heilige Kommunion empfangen hat, empfiehlt: "Bleibe still für dich und genieße deines Gottes; denn du besitzest den, welchen dir die ganze Welt nicht nehmen kann" 117

125 Innigst vereint mit Christus wollen wir daher alle danach Die Danksagung trachten, uns gleichsam in sein heiligstes Herz zu versenken ist der geeignete Augeoblick für und so mit ihm zusammenzuwachsen, um teilzunehmen an je- eine Innere Vernen Akten, mit denen er die hochheilige Dreieinigkeit mit Christus, für dankbarer und wohlgefälliger Huldigung anbetet; mit denen gabe. er dem Ewigen Vater erhabensten Dank und Lobpreis darbringt, darin Himmel und Erde einmütig widerhallen gemäß dem Wort: "Preiset den Herrn, all ihr Werke des Herrn!"118; mit den Akten endlich, mit denen vereint wir himmlischen Beistand gerade in dem Augenblick erslehen, der mehr als jeder andere geeignet ist, um im Namen Christi Hilfe zu erbitten und zu erlangen 119, und mit denen wir vor allem uns als Opfer darbringen und hinspenden, da wir sprechen: "Laß uns selbst dir zur vollendeten ewigen Weihegabe werden" 120.

126 Unablässig wiederholt der göttliche Erlöser seine dringende Durch die Aufforderung: "Bleib in mir!" 121 Durch das Sakrament der Bucharistie Eucharistie aber verweilt Christus in uns und wir in ihm; und wachsen wir in wie Christus, in uns verbleibend, lebt und wirkt, so müssen auch wir, in Christus verbleibend, durch ihn leben und wirken

^{117 4.} Buch, Kap. 12.

¹¹⁸ Dan. 3, 57.

¹²⁰ Röm. Meßbuch, Stillgebet der Messe vom Dreifaltigkeitsfest. 119 Vgl. Joh. 16, 23.

¹²¹ Joh. 15, 4.

- 127 Eucharisticum pabulum continet, ut omnes norunt, «vere, realiter et substantialiter corpus et sanguinem una cum anima et divinitate Domini nostri Iesu Christi» 122; nihil igitur est mirum, si Ecclesia, inde ab orginibus, Christi corpus sub panis specie adoraverit, ut ex ipsis patet Augusti Sacrificii ritibus, quibus sacrorum administris praecipitur ut, positis genibus, vel graviter inclinato capite, Sacramentum sanctissimum adorent.
- 128 Sacra Concilia docent traditum Ecclesiae esse, inde a suae aetatis initio, ut « una adoratione Deum Verbum incarnatum cum propria ipsius carne » 123 recolat; ac S. Augustinus asseverat: «Nemo autem illam carnem manducat, nisi prius adoraverit », addens, nos non solum non peccare adorando, sed peccare non adorando 124.
- 129 Quibus doctrinae principiis Eucharisticus adorationis cultus ortus est, ac pedetemptim succrevit, a divina litatione distinctus. Sacrarum specierum conservatio pro infirmis, pro iisque omnibus, qui in mortis discrimen venissent, laudabilem induxit morem adorandi caelestem hanc dapem, quae in templis reponitur. Qui quidem adorationis cultus valida firmaque ratione nititur. Eucharistia enim et Sacrificium, et Sacramentum est; hoc autem a ceteris idcirco differt, quod non modo gratiam gignit, sed ipsum gratiae auctorem stabili modo continet. Cum igitur Ecclesia nos iubet Christum Eucharisticis delitescentem velis adorare, ab eodemque superna ac terrestria ea dona petere, quibus nullo intermisso tempore indigeamus, vividam patefacit fidem, qua divinum suum Sponsum

¹²² Conc. Trid., Sess. 13, can. 1.

¹²³ Conc. Constant. II, Anath. de trib. Capit., can. 9, collat. Conc. Ephes., Anath. Cyrill., can. 8. Cf. Conc. Trid., Sess. 13, can. 6; Pius VI, Const. Auctorem fidei n. 61.

¹²⁴ Cf. Enarr. in Ps. 98, 9.

e) Der Anbetungskult der Eucharistie

1. Geschichte und Begründung des Anbetungskultes

127 Die Eucharistische Speise enthält, wie bekannt, "wahrhaft, Die Anbetung wirklich und wesentlich den Leib und das Blut zugleich mit der Eucharistie der Seele und mit der Gottheit unseres Herrn Jesus Chri- üblich, stus"122. Darum ist es nicht zu verwundern, wenn die Kirche von Anfang an den Leib Christi unter den Gestalten des Brotes angebetet hat, wie das schon aus den Riten des hochheiligen Opfers selbst hervorgeht; diese schreiben nämlich den Verwaltern der heiligen Geheimnisse vor, daß sie durch Kniebeugung oder tiefe Verneigung das heiligste Sakrament anheten.

128 Die heiligen Konzilien lehren als Überlieferung der Kirche von ihren Anfängen an, daß sie "mit einer Anbetung das fleischgewordene Wort Gottes samt seinem Fleische" 123 verehrt; auch der heilige Augustinus beteuert: "Niemand ißt von diesem Fleische, ohne es vorher angebetet zu haben", und er fügt hinzu, daß wir nicht bloß keine Sünde begehen, wenn wir es anbeten, sondern daß wir vielmehr sündigen, wenn wir es nicht anbeten 124.

wie die Tradition bezeugt.

129 Aus diesen Lehrgrundsätzen entstanden, hat sich der Eucha- Anlaß zur Entristische Anbetungskult, unterschieden von der heiligen Opferfeier, nach und nach entwickelt. Die Aufbewahrung der hei- gab die Aufligen Gestalten für die Kranken und alle jene, die in Todes- Eucharistie; gefahr kämen, führte zum löblichen Brauche, dieses himm- begründet ist e lische, in den Kirchen aufbewahrte Brot anzubeten. Dieser Kult Eucharistie die der Anbetung beruht auf einem starken und festen Grunde. hervorbringt, Die Eucharistie ist ja sowohl Opfer wie auch Sakrament und enthält. unterscheidet sich von den anderen Sakramenten dadurch, daß sie nicht bloß die Gnade mitteilt, sondern den Urheber der Gnade selbst in fortdauernder Weise enthält. Wenn uns also die Kirche gebietet, den unter den Schleiern der Eucharistie verborgenen Christus anzubeten und von ihm jene himm-

stehung des Anbetungskultes bewahrung der begründet ist er Gnade nicht nur

124 Vgl. Enarr. in Ps. 98, 9.

¹²² Trienter Konzil, 13. Sitzung, Kan. 1.

^{123 2.} Konzil von Konstantinopel, Anath. de trib. Capit., Kan. 9, verglichen mit Konzil von Ephesus, Anath. Cyrill., Kan. 8. Vgl. Trienter Konzil, 13. Sitsung, Kan. 6; Pius VI., Konstitution Auctorem sidei n. 61.

iisdem sub velis praesentem credit, gratam ei suam profitetur voluntatem, intimaque fruitur familiaritate eius.

- 130 Eiusmodi autem cultus varias decursu temporis Ecclesia invexit formas, cotidie utique pulchriores salubrioresque: ut, exempli gratia, pias ac vel cotidianas ad divina tabernacula salutationes; ut sacros benedictionis ritus per Sanctissimum Sacramentum peractae; utque sollemnes pompas, praesertim in Conventibus Eucharisticis, per urbes, per pagos ductas, ac Sacramenti Augusti publice propositi adorationes. Quae quidem publicae adorationes interdum brevi tempore aguntur, interdum vero per horas ac vel per XXXX horas producuntur; atque alicubi in integrum quoque annum per vices in singulis templis continuantur, alicubi vero diu etiam noctuque Religiosarum Sodalitatum cura perpetuantur; easdemque non raro christifideles quoque participant.
- 131 Haec pietatis exercitia mirandum in modum ad fidem supernamque vitam Ecclesiae hisce in terris militantis contulerunt, quae quidem hac agendi ratione triumphanti Ecclesiae quodammodo resonat, laudis hymnum perpetuo extollenti ad Deum et Agnum « qui occisus est » 125. Quamobrem pia eiusmodi exercitia, usquequaque terrarum per saeculorum decursum propagata, non modo Ecclesia probavit, sed veluti sua effecit, auctoritateque sua commendavit 126. Ex sacrae Liturgiae afflatu oriuntur; atque adeo, si debito decore eaque fide ac pietate fiant, quae ex sacris ritibus Ecclesiaeque praescriptionibus requiruntur, ad liturgicam vivendam vitam procul dubio summopere conferunt.

¹²⁵ Apoc. 5, 12, coll. 7, 10.

¹²⁶ Cf. Conc. Trid., Sess. 13, c. 5 et can. 6.

lischen und irdischen Gaben zu erbitten, deren wir unaufhörlich bedürfen, so bringt sie damit den lebendigen Glauben zum Ausdruck, mit dem sie ihren göttlichen Bräutigam unter diesen Schleiern gegenwärtig weiß, ihm ihre Dankbarkeit bezeugt und sich der innigsten Vertrautheit mit ihm erfreut.

2. Formen des Anbetungskultes

130 Im Laufe der Zeit hat die Kirche verschiedene, gewiß immer Formen dieses schönere und heilbringendere Formen eingeführt, so z. B. Eucharistisch fromme und tägliche Besuchungen beim göttlichen Tabernakel, den rituellen Segen mit dem heiligsten Sakrament, feierliche Prozessionen durch Städte und Dörfer, besonders gelegentlich der Eucharistischen Kongresse, Anbetung vor dem öffentlich ausgesetzten Allerheiligsten. Diese öffentliche Anbetung erstreckt sich zuweilen auf kurze Zeit, manchmal ist sie auf Stunden und auch auf vierzig Stunden ausgedehnt; mancherorts wird sie abwechselnd in den einzelnen Kirchen das ganze Jahr hindurch fortgesetst, anderswo bei Tag und auch bei Nacht durch religiöse Genossenschaften immerwährend durchgeführt, und nicht selten nehmen auch die Gläubigen daran teil. 131 Diese Übungen der Frömmigkeit trugen wirksam bei zum Diese aus der

Glauben und zum übernatürlichen Leben der streitenden Liturgie er-wachsenen For-Kirche auf Erden, die auf diese Weise gewissermaßen ein men haben sieh Echo gibt auf den Lobhymnus, den die triumphierende Kirche erwiesen. immerdar jubelt vor Gott und dem Lamme, " das geschlachtet wurde" 125. Daher hat die Kirche diese im Laufe der Jahrhunderte überall verbreiteten Übungen nicht nur gebilligt, sondern sich zu eigen gemacht und mit ihrer Autorität bestätigt 126. Sie entstammen dem Geiste der heiligen Liturgie und helfen zweifellos sehr viel zum wirklichen liturgischen Leben, sofern sie mit rechter Würde und in jener Gesinnung

des Glaubens und der Frömmigkeit gehalten werden, wie die

heiligen Riten und Vorschriften der Kirche sie fordern.

Eucharistischen

Segen, Prozessionen,

Besuchungen, sakramentaler

Eucharistische

des Allerheiligsten.

Kongresse, Aussetzungen

¹²⁵ Geh. Offb. 5, 12, verglichen mit 7, 10.

¹²⁶ Vgl. Trienter Konzil, 13. Sitzung, Kap. 5 und Kan. 6.

132 Neque dicendum est Eucharistico eiusmodi cultu Christum historicum, ut aiunt, qui in terris aliquando vixit, ac Christum in Augusto altaris Sacramento praesentem, eumque, qui gloriose in caelis triumphat, supernaque impertit munera, una simul falsum in modum permisceri; quin immo asseverandum potius est hac ratione christifideles Ecclesiae fidem testari sollemniterque patefacere, qua idem esse creditur Dei Verbum ac Mariae Virginis Filius, qui in Cruce passus est, qui in Eucharistia praesens latet, quique in supernis regnat sedibus. Ita S. Ioannes Chrysostomus: «... Cum ipsum [Corpus Christi] videris propositum, tibi ipsi dic: Propter hoc Corpus non sum ego amplius terra et cinis, non ultra captivus, sed liber: ideo caelos spero et bona illic reposita me accepturum esse, immortalem vitam, Angelorum sortem, cum Christo consuetudinem: hoc Corpus clavis confixum, flagris caesum, mors non tulit; ... hoc est illud Corpus, quod cruentatum fuit, lancea perfossum, quod salutares fontes scaturivit orbi, alium sanguinis, alium aquae.... Hoc Corpus dedit nobis et tenendum et comedendum, quod intensae dilectionis fuit» 127.

133 Peculiari autem modo mos ille valde dilaudandus est, quo multa pietatis exercitia in christiani populi consuetudinem invecta, Eucharisticae benedictionis ritu finem habent. Optime enim, nec sine ubere fructu evenit, ut sacerdos pronis coram frontibus christianae multitudinis, Angelorum Panem ad caelum attollens, eumque in Crucis formam rite circumferens, caelestem Patrem comprecetur benigne ut velit oculos ad Filium suum convertere, amore nostrum patibulo suffixum, eiusque causa et per ipsum, qui Redemptor et frater noster esse voluit, superna munera in eos effluere iubeat, quos immaculatus redemit Agni sanguis 128.

¹²⁷ In I ad Cor. 24, 4.

¹²⁸ Cf. 1 Petr. 1, 19.

132 Man kann auch nicht behaupten, daß durch diesen Eucharisti- Sie bekunden schen Kult der historische Christus, wie man sagt, der einst auf den einen Erden lebte, der im heiligsten Altarsakrament gegenwärtige sowie der glorreich im Himmel triumphierende und gnadenspendende Christus verwechselt und vermischt würden; man muß erhöhten im Gegenteil betonen, daß auf diese Weise die Gläubigen den Glauben der Kirche bezeugen und feierlich bekennen, durch den festgehalten wird, daß da ist ein und derselbe: das göttliche Wort und der Sohn der Jungfrau Maria, der am Kreuz gelitten hat, der in der Eucharistie verborgen gegenwärtig ist, und der im Himmel droben herrscht. So sagt der heilige Johannes Chrysostomus: "Wenn du dies (den Leib Christi) dir vorgestellt siehst, so sage zu dir selbst: Diesem Leibe verdanke ich es, daß ich nicht mehr Erde und Asche bin, nicht mehr gefangen, sondern frei; um dessentwillen hoffe ich, den Himmel und die dort mir hinterlegten Güter zu erlangen, nämlich das unsterbliche Leben, das Los der Engel, den Umgang mit Christus; dieser Leib, von Nägeln durchbohrt, mit Geißeln zerschlagen, ward nicht Beute des Todes; ... es ist jener Leib, der blutentstellt war, von der Lanze durchstochen, aus dem zwei heilbringende Quellen strömten: Blut und

und im Himmel Christus.

und daß wir ihn essen: ein Werk tiefstarker Liebe" 127. 133 Besonders lobenswert ist die Gepflogenheit, daß viele beim Besonders zu christlichen Volke eingebürgerte Übungen der Frömmigkeit empfehlen ist ihren Abschluß finden mit dem Ritus des Eucharistischen Se- Segen. gens. Es ist ein herrlicher und nicht fruchtloser Brauch, daß der Priester, während die Menge der Christen sich tief verneigt, das Brot der Engel zum Himmel hebt, es nach der Vorschrift in der Form des Kreuzes führt und dabei den himmlischen Vater anfleht, er möge gnädig niederschauen auf seinen aus Liebe zu uns gekreuzigten Sohn und um seinetwillen und durch ihn, der unser Erlöser und Bruder werden wollte, seine himmlischen Gaben auf jene ausströmen lassen, die das makellose Blut des Lammes erlöst hat 128.

Wasser ... Diesen Leib schenkte er uns, daß wir ihn halten

¹²⁷ In I ad Cor. 24, 4. 128 Vgl. 1 Petr. 1, 19.

⁸ Pius XII., Liturgie

- 134 Summa igitur, qua soletis, diligentia contendite, Venerabiles Fratres, ut templa, quae christianarum gentium fides ac pietas per saeculorum decursum idcirco aedificarunt, ut perpetuum gloriae hymnum omnipotenti Deo concinerent, ac Redemptori nostro sub Eucharisticis speciebus latenti dignam praeberent sedem, christifidelibus frequentioribus usque pateant, qui, ad pedes Servatoris nostri convocati, suavissimam eius invitationem audiant: «Venite ad me omnes, qui laboratis et onerati estis, et ego reficiam vos » 129. Sint eadem domus Dei, in quam qui beneficia petituri ingrediuntur, cuncta se impetrasse laetentur 130, ac consolationem caelestem consequantur.
- 135 Ita solummodo contingere poterit, ut universa hominum familia compositis tandem rebus pacificetur, ac mente animoque concordi illud spei canat caritatisque carmen: «Bone Pastor, panis vere, Iesu, nostri miserere: tu nos pasce, nos tuere: tu nos bona fac videre in terra viventium » 181.

III

136 Optima christianae vitae forma ac ratio in eo consistit, ut se quisque arctissime continenterque cum Deo coniungat. Quamobrem cultus, quem Ecclesia aeterno Numini tribuit, quique in Eucharistico praesertim Sacrificio nititur Sacramentorumque usu, ita ordinatur ac componitur, ut per divinum officium diei horas, hebdomades, cunctumque anni cursum amplectatur, omniaque tempora variasque humanae vitae condiciones attingat.

¹²⁹ Matth. 11, 28,

¹⁸⁰ Cf. Missale Rom., Coll. in Missa Ded. Eccl.

¹⁸¹ Ibid., Seq. Lauda Sion in festo Ss. Corporis Christi.

134 Trachtet also, Ehrwürdige Brüder, mit eurer gewohnt höchsten Die Gläubigen Sorgfalt danach, daß die Kirchen, die durch den Glauben und mögen zu fleißidie Frömmigkeit der christlichen Geschlechter im Laufe der Allerhelligsten Jahrhunderte erbaut wurden, wie ein immerwährender Hym-werden. nus der Huldigung an den allmächtigen Gott und als ehrwürdige Wohnung unseres unter den Eucharistischen Gestalten verborgenen Erlösers, nun auch möglichst zahlreichen Gläubigen offen stehen, die, zu Füßen unseres Heilandes versammelt, seine so traute Einladung vernehmen: "Kommt alle zu mir, die ihr mühselig und beladen seid; ich will euch erquicken"129. Mögen es wirklich Gotteshäuser sein, wo alle, die bittend eintreten, sich der Gewährung aller erbetenen Wohltaten erfreuen 130 und himmlischen Trost erlangen.

135 Nur so wird es geschehen können, daß die gesamte Mensch- Die Eucharistie heitsfamilie endlich zu Ordnung und Frieden komme und daß sie einmütigen Geistes und Herzens das Lied der Hoffnung deutung für die Befriedung der und der Liebe singe: "Guter Hirt, du wahres Brot, - Jesu, Menschheit, erbarm dich unsrer Not! - Weide uns, sei uns Behüter, zeig uns deine ewigen Güter - im Lande der Lebendigen" 131.

sind von Bedeutung für die

III

STUNDENGEBET, KIRCHENJAHR UND HEILIGENFESTE

a) Das Stundengebet

1. Bedeutung, Ursprung und Entwicklung des Stunden-

136 Das Hochziel des christlichen Lebens liegt im engen und dau- Die Liturgie ernden Anschluß des Einzelnen an Gott. Darum ist der Kult, den die Kirche dem Ewigen zollt, und dessen Kernstück vor alle Zeiten und allem im Eucharistischen Opfer und im Empfang der Sakramente besteht, so angeordnet und eingerichtet, daß er im Breviergebet die Stunden des Tages, die Wochen, den ganzen Lauf des Jahres umfaßt und Rücksicht nimmt auf alle Zeiten und all die verschiedenen Lagen des menschlichen Lebens.

Stundengebet Verhältnisse des Menschenlebens.

¹²⁹ Matth. 11, 28.

¹³⁰ Vgl. Röm. Meßbuch, Oration der Messe des Kirchweihfestes.

¹³¹ Ebd., Sequenz Lauda Sion vom Fronleichnamsfest.

- 137 Cum Divinus Magister praeceperit: «Oportet semper orare et non deficere » 132, Ecclesia huic admonitioni fideliter obtemperans, preces fundere numquam intermittit, atque hisce Apostoli gentium verbis nos adhortatur: «Per ipsum [Iesum] offeramus hostiam laudis semper Deo » 133.
- 138 Publica ac communis supplicatio, quae ab omnibus una simul admovetur Deo, antiquissima aetate certis diebus certisque horis solummodo habebatur. Verumtamen non modo in coetibus, sed privatis etiam in domibus, atque interdum una cum vicinis et amicis, Deo supplicabatur. Mox vero, in variis christiani orbis partibus, consuetudo invaluit peculiaria tempora sacrae precationi destinandi, ut exempli gratia postremam diei horam, cum advesperascit ac lucerna accenditur; vel primam, cum nox ad finem vergit, post nempe galli cantum et sub diurni sideris ortum. Alia diei momenta, utpote fundendis precibus aptiora, in Sacris Litteris indicantur, vel ex tradito Hebraeorum more atque ex cotidianae vitae usu. Secundum « Apostolorum Acta» Iesu Christi discipuli una simul coniuncti hora tertia comprecabantur, cum « repleti sunt omnes Spiritu Sancto » 134; Apostolorum autem Princeps, antequam cibum sumeret, «ascendit . . . in superiora ut oraret circa horam sextam » 185; ac Petrus et Ioannes « ascendebant in templum ad horam orationis nonam » 136 et « media ... nocte Paulus et Silas orantes, laudabant Deum » 137.
- 139 Variae eiusmodi supplicationes, consilio praesertim et opera monachorum eorumque, qui asceticae disciplinae se dederant, decursu temporis cotidie magis perficiuntur, ac pedetemptim Ecclesiae auctoritate in ipsum sacrae Liturgiae usum inducuntur.
- 140 Est igitur «Divinum Officium», quod vocamus, Mystici Iesu Christi Corporis precatio, quae christianorum omnium nomine corumque in beneficium adhibetur Deo, cum a sacerdotibus

¹³² Luc. 18, 1.

¹³⁴ Cf. Act. 2, 1-15.

¹³⁶ Ibid. 3, 1. 137 Ibid. 16, 25.

¹³³ Hebr. 13, 15.

137 Da der göttliche Meister das Gesets aufgestellt hat: "Man soll Das Stundenimmer beten und nie müde werden" 132, hört die Kirche, treu Befolgung der dieser Ermahnung, nie auf zu beten und richtet an uns die Mahnung Aufforderung des Apostels: "Durch ihn (Jesus) wollen wir Unterlaß zu Gott das Lobopfer darbringen ohne Unterlaß" 133.

Christi, ohne

138 Das öffentliche und gemeinsame Gebet, das alle vereint zu Seine Anfange Gott verrichten, war in der ältesten Zeit auf bestimmte Tage Urkirche zurück. und festgesetzte Stunden beschränkt. Aber nicht nur in größeren Gemeinschaften wurde zu Gott gebetet, sondern auch in den einzelnen Familien, zuweilen im Verein mit Nachbarn und Freunden. Schon bald kam aber in verschiedenen Teilen der christlichen Welt der Brauch auf, besondere Zeiten für das Gebet festzulegen, so z. B. die letzte Stunde des Tages, wenn man beim Dunkelwerden das Licht anzündete, oder die erste Stunde, wenn die Nacht zu Ende ging, d. h. nach dem Hahnenschrei und bei Sonnenaufgang. Weitere zum Gebet besonders geeignete Zeiten ergaben sich aus der Heiligen Schrift oder aus dem überlieferten Brauchtum der Juden und dem, was Herkommen war im täglichen Leben. So waren nach der Apostelgeschichte die Jünger Jesu Christi um die dritte Stunde zu gemeinsamem Gebet versammelt, als "sie erfüllt wurden vom Heiligen Geist" 134; der Apostelfürst ging vor dem Essen "zum Gebet ins Obergemach hinauf um die sechste Stunde" 135; Petrus und Johannes "gingen zum Tempel hinauf zum Gebet der neunten Stunde"138; "Paulus und Silas beteten und lobten Gott um Mitternacht" 137.

139 Verschiedene dieser Gebetsübungen wurden dann vor allem Durch Mönche unter dem Einfluß der Mönche und derer, die sich dem asze- und Aszeten wurde es zur tischen Leben widmeten, im Laufe der Zeit immer mehr aus- Liturgie ausgebaut und fanden allmählich durch kirchliche Entscheidungen Eingang auch in die eigentliche Liturgie.

2. Wesen und Wirksamkeit des Stundengebetes

140 So ist denn das sogenannte Stundengebet das Gebet des My- Das Stundengebet ist des stischen Leibes Christi, das im Namen und zum Frommen gebet ist das Gebet des Myaller Christen Gott dargebracht wird, wenn es gebetet wird stischen Leibes von den Priestern und von anderen Dienern der Kirche, sowie

132 Luk. 18, 1.

134 Apg. 2, 1-15.

136 Ebd. 3, 1. 137 Ebd. 16, 25.

133 Hebr. 13, 15.

135 Ebd. 10, 9.

117

- aliisque Ecclesiae ministris et a religiosis sodalibus fiat, in hanc rem ipsius Ecclesiae instituto delegatis.
- 141 Divinae huius laudis ratio ac virtus quae esse debeant ex iis eruitur verbis, quae Ecclesia dicenda suadet, antequam horariae preces incipiantur, praecipiens nempe ut «digne, attente ac devote» recitentur.
- 142 Dei Verbum, humanam naturam assumens, terrestri huic exsilio hymnum illum invexit, qui in supernis sedibus per omne aevum canitur. Universam hominum communitatem ipse sibi coagmentat, eamdemque in divino hoc concinendo laudis carmine secum consociat. « Quid oremus, sicut oportet, nescimus », sicut nobis humiliter confitendum est, « sed ipse Spiritus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus » ¹³⁸. Ac Christus quoque per Spiritum suum in nobis Patrem efflagitat. « Nullum maius donum praestare posset Deus hominibus... Orat [Iesus] pro nobis ut sacerdos noster; orat in nobis ut caput noster; oratur a nobis ut Deus noster... Agnoscamus ergo et in illo voces nostras et voces eius in nobis... Oratur in forma Dei, orat in forma servi: ibi Creator, hic creatus creaturam mutandam non mutatus assumens, et secum nos faciens unum hominem, Caput et corpus » ¹³⁹.

143 Excelsae dignitati eiusmodi Ecclesiae precationis intenta animi nostri pietas respondeat oportet. Ac quandoquidem orantis vox ea repetit carmina, quae Spiritus Sancti afflatu conscripta sunt, quaeque perfectissimam Dei amplitudinem declarant atque efferunt, necesse quoque est ut hanc vocem internus nostri spiritus motus ita comitetur, ut eosdem sensus illos efficiamus nostros, quibus ad caelum erigamur, quibus sanctam adoremus Trinitatem, et quibus laudes ac grates eidem tribuamus debitas: «Sic stemus ad psallendum ut mens

¹³⁸ Rom. 8, 26.

¹⁸⁹ S. Augustin., Enarr. in Ps. 85, n. 1.

von Ordensleuten, und zwar im ausdrücklichen Auftrag der

141 Geist und Vollkommenheit dieses Gotteslobes ergibt sich aus Es ist würdig, den Worten, mit denen nach dem Rat der Kirche das Stunden- fromm zu vergebet beginnen soll, und wo es heißt, daß es "würdig, auf- richten. merksam und fromm" zu verrichten sei.

- 142 Das Wort Gottes hat bei seiner Menschwerdung in dieses Im Stundengebet Verbannungsdasein hier auf Erden den Lobgesang gebracht, betet Christus der alle Ewigkeit hindurch in den Höhen des Himmels er- allen Menschen klingt. Die ganze Menschheit hat er mit sich zur Einheit ver- HI. Geist zum bunden und sie so zum Mitwirkenden gemacht in diesem göttlichen Lobgesang. "Was wir beten sollen, wie es sich gebührt, wissen wir nicht", so müssen wir demütig gestehen, "aber der Geist selbst bittet für uns mit unaussprechlichem Seufzen" 138. Doch auch Christus selbst fleht durch seinen Geist für uns zum Vater. "Ein größeres Geschenk hatte Gott den Menschen nicht gewähren können. ... Es betet (Jesus) für uns als unser Priester, er betet in uns als unser Haupt; zu ihm wird gebetet von uns als zu unserem Gott... Wir wollen also in ihm unsere eigenen Stimmen erkennen und seine Stimme in uns.... Es wird zu ihm gebetet in seiner Gottesgestalt, er betet in seiner Knechtsgestalt; dort ist es der Schöpfer, hier der Geschaffene, der, ohne Veränderung zu erleiden, die geschaffene Natur annimmt, sie zu verwandeln, und uns mit sich vereint zu einem Menschen, Haupt und Leib" 139
- 143 Der hohen Würde dieses Betens der Kirche zu entsprechen, Es muß um muß auch die Frömmigkeit unserer Seele bestrebt sein. Und dieser Erha wenn die Stimme des Betenden die Lieder wiedergibt, die Herzensgebot unter dem Hauch des Heiligen Geistes geschrieben sind, Gottes bloßes Lippen-Vollkommenheit in ihrer ganzen Welt künden und preisen, dann muß auch bei uns dieses Wort begleitet sein von innerem Mitgehen der Seele, so daß wir diese nämlichen Gesinnungen uns zu eigen machen, mit ihnen uns zum Himmel erheben, mit ihnen die heiligste Dreifaltigkeit anbeten, mit ihnen ihr gebührend Lob und Dank sagen: "Wenn wir da-

dieser Erhabenund darf nicht

¹³⁸ Röm. 8, 26.

¹³⁹ Hl. Augustinus, Enarr. in Ps. 85, n. 1.

nostra concordet voci nostrae » 140. Non igitur de recitatione tantum agitur, vel de cantu, qui, quamvis ex musicae artis sacrorumque rituum normis sit perfectissimus, aures tamen solummodo attingat, sed potissimum de ascensu mentis animique nostri ad Deum, ut eidem nosmet ipsos, omnesque actiones nostras, Iesu Christo coniuncti, penitus addicamus.

- 144 Inde profecto pro supplicationum nostrarum non exigua parte efficacitas pendet. Quae quidem, si ad ipsum Verbum, hominem factum, non admoventur, hisce verbis concluduntur « per Dominum nostrum Iesum Christum »; qui, utpote nostrum Deique conciliator, stigmata sua gloriosa caelesti Patri ostendit, « semper vivens ad interpellandum pro nobis » 141.
- 145 Psalmi, ut omnes norunt, praecipuam constituunt «Divini Officii» partem. Cunctum iidem diei cursum complectuntur, sanctitateque afficiunt atque ornant. Pulchre Cassiodorus de Psalmis, in «Officium divinum» suae aetatis distributis declarat: «Ipsi... diem venturum matutina exsultatione conciliant, ipsi nobis primam diei horam dedicant, ipsi nobis tertiam horam consecrant, ipsi sextam in panis confractione laetificant, ipsi nobis nonâ ieiunia resolvunt, ipsi diei postrema concludunt, ipsi, noctis adventu, ne mens nostra tenebretur efficiunt» 142.
- 146 Veritates in mentem revocant, populo electo divinitus patefactas, terribiles interdum, interdum vero suavissima dulcedine perfusas; spem repetunt atque incendunt promissi Liberatoris, quae olim vel circa domesticos focos, vel in ipsa templi maiestate concinendo refovebatur; itemque mirifica in luce ponunt Iesu Christi gloriam in antecessum significatam ac summam aeternamque eius virtutem, dein vero hoc in terrestre

¹⁴⁰ S. Benedict., Regula Monachorum c. 19. 141 Hebr. 7, 25.

¹⁴² Explicatio in Psalterium, Praefatio, ut legitur in ed. P. L. 70, 10. Nonnulli tamen censent partem huius dictionis non esse Cassiodoro tribuendam.

stehen und Psalmen singen, wollen wir es so tun, daß unser Herz dabei mit unseren Stimmen zusammenklingt" 140. Es handelt sich also nicht nur um ein Aufsagen, nicht nur um ein Singen, das, mag es auch allen Anforderungen der Kunst und des religiösen Brauchtums noch so vollkommen entsprechen, nur eine Sache des Hörens bliebe, es handelt sich vielmehr darum, daß wir mit Herz und Sinn uns zu Gott erheben, um ihm uns selbst und all unser Tun aus der Vereinigung mit Jesus Christus heraus vollkommen hinzugeben.

144 Das ist es, wovon die Wirksamkeit unserer Gebete zum größ- seine Wirksamten Teil abhängt. Deshalb schließen sie denn auch, soweit sie keit beruht auf sich nicht unmittelbar an das menschgewordene Wort wenden, mit den Worten: "Durch unseren Herrn Jesus Christus". Als Friedensstifter zwischen uns und Gott zeigt er seine verherrlichten Wundmale dem himmlischen Vater, "immer lebend, um für uns Fürsprecher zu sein"141.

3. Hauptbestandteil des Stundengebetes: die Psalmen

145 Die Psalmen bilden bekanntlich einen Hauptteil des heiligen Hauptbestand-Stundengebetes. Sie umfassen den ganzen Tageslauf, heiligen und adeln ihn. Schön zeigt das Cassiodor von den Psalmen, wie sie im Stundengebet seiner Zeit verteilt waren: "Sie . . . gewinnen den kommenden Tag durch den Morgenjubel, sie weihen unsere erste Tagesstunde, sie heiligen uns die dritte Stunde, sie erfüllen mit Freude die sechste Stunde beim Brechen des Brotes, sie lösen unser Fasten zur neunten Stunde, sie beenden den Tag, sie bewirken beim Kommen der Nacht, daß es nicht finster werde auch in unserer Seele" 142.

sind die Psalmen

146 Sie rufen Wahrheiten ins Bewußtsein, die dem auserwählten Sie haben einen unersehönflich Volk von Gott geoffenbart sind, bald solche voll Schrecken, reichen Gehalt, bald solche voll köstlicher Süße. Sie wecken und entflammen die Hoffnung auf den verheißenen Erlöser, die einst, sei es am häuslichen Herd, sei es in der hoheitsvollen Pracht des Tempels, an diesen Gesängen sich erwärmte. Sie lassen die vorausverkündete Herrlichkeit Jesu Christi und seine höchste,

¹⁴⁰ Hl. Benedikt, Regula Monachorum Kap. 19.

¹⁴¹ Hebr. 7, 25.

¹⁴² Explicatio in Psalterium, Praefatio.

exsilium eius adventum demissionemque, regiam eius dignitatem potestatemque sacerdotalem, ac denique beneficos eius labores eiusque in nostram redemptionem profusum sanguinem. Ac pari modo nostrorum animorum iucunditatem exprimunt, aegritudinem, spem, timorem, ac Deo omnino fidentem eumdemque redamantem voluntatem nostram, nostrumque mysticum ascensum erga divina tabernacula.

- 147 «Psalmus ... benedictio populi est, Dei laus, plebis laudatio, plausus omnium, sermo universorum, vox Ecclesiae, fidei canora confessio, auctoritatis plena devotio, libertatis laetitia, clamor iucunditatis, laetitiae resultatio » 143.
- 148 Prisca aetate frequentiores christifideles horariis hisce precibus aderant; sed hoc pedetemptim exolevit, atque, ut modo diximus, in praesens earum recitatio clero solummodo ac religiosis sodalibus officium est. Nihil igitur districto iure laicorum ordini hac in re praecipitur; verumtamen summopere optandum est, ut horarias illas preces recitando vel canendo, actu participent, quae diebus festis sub vesperum in sua cuiusque curia habeantur. Enixe vos vestrosque adhortamur. Venerabiles Fratres, ut pia haec consuetudo in usu esse ne desinat, utque, ubicumque obsolevit, iterum pro facultate effecta detur. Quod tum procul dubio salutaribus cum fructibus fiet. cum vespertinae laudes non solum digne ac decore persolventur, sed ita quoque ut variis modis christifidelium pietatem suaviter alliciant. Dierum festorum, qui peculiari modo Deo dicandi ac consecrandi sunt, publice ac privatim sit inviolata religio: imprimisque diei dominicae, quam Apostoli, a Spiritu Sancto edocti, in locum sabbati substituerunt. Si autem Iudaeis praeceptum fuit: «Sex diebus facietis opus: in die septimo Sabbatum est: requies sancta Domino: omnis qui fecerit opus in hac die, morietur » 144: quomodo Christiani illi spiritualem mortem non timeant, qui diebus festis opera servilia peragant,

¹⁴³ S. Ambros., Enarr. in Ps. 1, n. 9. 144 Ex. 31, 15.

ewige Macht in wunderbarer Helligkeit erscheinen. Dann aber auch wieder sein Kommen in diese irdische Verbannung und seine Erniedrigung, seine königliche Würde und seine priesterliche Gewalt. Und endlich sein wohltätiges Wirken und sein zu unserer Erlösung vergossenes Blut. Nicht weniger bringen sie zum Ausdruck unserer Herzen Freude, Kummer, Hoffen, Fürchten, unseren guten Willen, ganz auf Gott zu vertrauen und ihm Liebe mit Liebe zu vergelten, und unseren mystischen Aufstieg zu den Gezelten Gottes.

147 "Der Psalm... ist Segen für das Volk, Lob Gottes, Preislied des Volkes, Zustimmung aller, Wort der Gesamtheit, Stimme Ambrosius hervorgehoben hat. der Kirche, lautes Bekenntnis des Glaubens, volle Ergebung in den allerhöchsten Willen, Erlösungsglück, Jubelruf, Jauchzen der Freude"143

wie schon Ambrosius her-

4. Beteiligung des Volkes am Stundengebet

148 In früheren Zeiten war die Teilnahme der Gläubigen an Klerus und diesem Stundengebet reger. Aber das kam allmählich ab, und wie Wir eben ausführten, in unserer Zeit ist seine Verrichtung ausschließlich Sache des Klerus und der Ordensgemein- soll wenigstens schaften. Die Laien haben also diesbezüglich keinerlei rechtliche Verpflichtung. Aber es wäre dringend zu wünschen, daß sie betend oder singend tätigen Anteil nehmen an dem Stundengebet, wo es am Abend von Feiertagen in den Pfar- Feiertage anreien gehalten wird. Dringend ermahnen Wir euch, Ehrwürdige Brüder, daß dieser Brauch nicht aufgegeben werde und daß er, wo er schon abgekommen ist, nach Möglichkeit wieder aufgenommen werde. Das wird sicher besonders dann fruchtbar sein, wenn die Vesperandacht nicht nur würdig und feierlich abgehalten wird, sondern auch so, daß sie in mannigfacher Weise auf den frommen Sinn der Gläubigen anziehend wirkt. Die Feiertage, die in besonderer Weise Gott zu widmen und zu weihen sind, müssen im öffentlichen wie privaten Leben gewissenhaft gehalten werden. Vor allem gilt das vom Tag des Herrn, den die Apostel, auf Eingebung des Heiligen Geistes hin, an Stelle des Sabbats eingeführt haben. Die Juden hatten das Gesets: "An sechs Tagen sollst du arbeiten, am

Ordensleute sind zum Stundengebet verpflichtet; das Volk an der Sonntagsvesper teilnehmen, wie es überhaupt zur Heilighaltung der Sonn- und

¹⁴³ Hl. Ambrosius, Enarr. in Ps. 1, n. 9.

per eorumque requietem non pietati, non religioni se dedant, sed saeculi huius illecebris intemperanter concedant? Rebus igitur divinis, quibus Deus colitur, animus autem pabulo caelesti enutritur, dies dominica ceterique dies festi consecrandi sunt: et quamvis Ecclesia id tantum praecipiat, ut christifideles nempe a servili labore abstineant et Eucharistico intersint Sacrificio, de vespertino autem cultu praeceptum nullum habeat, aliud tamen etiam atque etiam commendat in votisque habet: ac ceteroquin aliud quoque postulat singulorum necessitas, qua omnes sibi tenentur propitiare Deum ut eius impetrent beneficia. Summo dolore Noster oppletur animus, cum cernimus qua agendi ratione nostris hisce temporibus mediam diei festi partem, postmeridianam dicimus, christianus populus traducat: publica spectaculorum loca publicique ludi frequentantur quam maxime, dum sacrae aedes minus quam decet celebrantur. At oportet utique omnes nostra adeant templa, ut inibi catholicae fidei veritatem doceantur, ut Dei laudes concinant, utque per sacerdotem Eucharistica benedictione ditentur, et contra huius vitae adversa caelesti ope muniantur. Perdiscant pro viribus omnes eas formulas retinere. quae in precibus ad vesperam habitis concinuntur, earumque significatione suos imbuant animos; hisce enim vocibus affecti ac permoti, quod S. Augustinus de se asseverat, experientur: « Ouantum flevi in hymnis et canticis, suave sonantis Ecclesiae tuae vocibus commotus acriter. Voces illae influebant auribus meis, et eliquabatur veritas in cor meum, et exaestuabat inde affectus pietatis, et currebant lacrimae, et bene mihi erat » 145.

¹⁴⁵ Confess. 9, c. 6.

¹²⁴

siebten aber ist Sabbat: Ruhe, die dem Herrn heilig ist; jeder. der an diesem Tage arbeitet, soll sterben"144. Wie sollten da Christen nicht den Tod der Seele fürchten, wenn sie an Feiertagen knechtliche Arbeit verrichten und die Zeit der Arbeitsruhe nicht auf Frömmigkeit und nicht auf Religion verwenden, sie vielmehr ohne Maß in den Vergnügungen der Welt verbringen? Der Sonntag und die anderen Feiertage sind also dem zu weihen, was Gottes ist, wodurch Gottes Ehre gefördert und die Seele mit himmlischer Nahrung gestärkt wird. Mag auch die Vorschrift der Kirche nur die Enthaltung von knechtlicher Arbeit und die Beteiligung am Eucharistischen Opfer betreffen, ohne über die abendliche Andacht etwas zu verfügen, so bleibt doch darüber hinaus zu beherzigen, was sie immer und immer wieder empfiehlt und dringend wünscht und was überdies die Notwendigkeit aller Einzelnen verlangt, hält diese doch alle an, Gott sich zu versöhnen, um seiner Wohltaten teilhaft zu werden. Mit großem Bedauern ist Unser Herz erfüllt, wenn Wir sehen müssen, in welcher Weise heutzutage das christliche Volk die Hälfte des Feiertags, Wir meinen den Nachmittag, verbringt. Offentliche Schaustätten und öffentliche Spiele haben größeren Zulauf, während die Gotteshäuser ungebührlich schwach besucht sind. Und doch sollten alle in die Kirche gehen, um dort die Wahrheiten des katholischen Glaubens sich anzueignen, um Gottes Lob zu singen, um den Eucharistischen Segen durch den Priester zu empfangen und gegen alles Unglück dieses Lebens mit himmlischer Kraft gestärkt zu werden. Alle sollten nach Kräften die Texte erlernen, die bei den abendlichen Andachten gemeinsam gesungen werden, und sich mit ihrer Bedeutung innerlich vertraut machen; denn unter dem Eindruck dieser Worte werden sie erfahren, was der heilige Augustinus von sich selber sagt: "Was habe ich doch geweint bei deinen Hymnen und Liedern, tief bewegt von den feinen Klängen deiner singenden Kirche. Diese Klänge drangen in mein Ohr, die Wahrheit strömte mir ins Herz, Liebe und Frömmigkeit blühten auf, die Tränen rannen, und es wurde mir wohl"145.

¹⁴⁴ Exod. 31, 15.

¹⁴⁵ Bekenntnisse 9, 6.

- 149 Per totum anni cursum Eucharistici Sacrificii celebratio itemque preces horariae circa Iesu Christi personam potissimum vertuntur; ac res tam consone congruenterque componuntur, ut in iisdem Servator noster per suae demissionis, redemptionis triumphique mysteria dominetur.
- 150 Quae quidem Iesu Christi mysteria dum sacra Liturgia in memoriam revocat, contendit ut credentes omnes ita eadem participent, ut divinum Mystici Corporis Caput in singulis membris perfectissima sanctitate sua vivat. Christianorum animi veluti altaria sint, in quibus varia Sacrificii momenta, quod Summus immolat Sacerdos, alia ex aliis quodammodo reviviscant: dolores nempe ac lacrimae, quae peccata detergunt et expiant; precatio Deo admota, quae ad caelum usque erigitur; sui ipsius devotio ac veluti immolatio, quae prompto, generoso, studiosoque fit animo; ac denique arctissima coniunctio, qua nos nostraque Deo committimus, in eoque conquiescimus; «cum religionis summa sit imitari quem colis» 146.
- 151 Modis ac rationibus hisce congruenter, quibus Liturgia per stata tempora Iesu Christi vitam nobis meditandam proponit, Ecclesia nobis exempla ostendit, quae imitari oportet, ac sanctitatis thesauros indicat, quos nobis assumamus, quando-quidem quod ore canitur, mente credere necesse est, et quod mente creditur, in privatos est publicosque mores inducendum.
- 152 Sacri enim Adventus tempore, peccatorum, quae misere patraverimus, in nobis conscientiam excitat; nosque adhortatur ut, cupiditatum refrenatione voluntariisque corporis castigationibus usi, nosmet ipsos pie meditando recollegamus, ac

¹⁴⁶ S. Augustin., De civ. Dei 8, c. 17.

b) Das Kirchenjahr

1. Sinn und Zweck des Kirchenjahres

149 Im ganzen Verlauf des Jahres befast sich die Feier des Im Jahres-Eucharistischen Opfers wie auch das Stundengebet vor allem mit der Person Jesu Christi, und alles ist so passend und glücklich eingerichtet, daß dabei unser Erlöser mit den Geheimnissen seines verborgenen Lebens, seines Erlösungswerkes und seines Triumphes beherrschend hervortritt.

verlauf kommen die Mysterlen Christi in MeBopfer und Stundengebet zum Ausdruck.

- 178 Id tamen perspicuum est, spiritualia eiusmodi exercitia, quae Sancti Ignatii ratione ac norma peragantur, ob miram suam efficacitatem, a Decessoribus Nostris plene probata vehementerque commendata fuisse. Ea Nos quoque pari ratione probavimus ac commendavimus; quod quidem in praesens libenter iteramus.
- 179 Verumtamen oportet omnino afflatus ille, quo quisque ducatur ad peculiaria peragenda pietatis exercitia, a Patre luminum oriatur, ex quo omne datum optimum et omne donum perfectum descendit 166; cuius quidem rei index profecto efficacitas erit, qua haec exercitia efficere poterunt, ut divinus cultus cotidie magis adametur ac latius promoveatur, utque

¹⁶⁴ Cf. Ioan. 14, 2.

¹⁶⁵ Ioan. 3, 8.

¹⁶⁶ Cf. Iac. 1, 17.

176 In besonderer Weise aber bemüht euch, daß die monatliche ebenso die Geisteserneuerung und jene geistlichen Übungen, die zur geistlichen Übungen. Pflege der Frömmigkeit an bestimmten Tagen abgehalten werden, von möglichst vielen, nicht bloß aus dem Klerus, sondern auch aus dem Laienstande, besucht werden, von jenen vor allem, die religiösen Vereinen oder den Reihen der Katholischen Aktion angehören. Wie Wir schon oben ausführten, sind diese Übungen von großem Nuten, ja sogar notwendig, um den Geist wahrer Frömmigkeit in die Herzen einzusenken und sie zu heiliger Lebensgestaltung anzuleiten, auf daß sie aus der heiligen Liturgie wirksameren und reichen Antrieb empfangen können.

- 177 Was nun die verschiedenen Methoden betrifft, nach denen Es gibt verdiese Übungen gemacht zu werden pflegen, so mögen alle klar schiedene Arten soleher Übungen. sich vor Augen halten, daß es in der streitenden Kirche nicht weniger als in der himmlischen viele Wohnungen gibt 184, und daß die Aszese nicht von einem Einzelnen für sich in Anspruch genommen werden kann. Ein Geist ist, der jedoch "weht, wo er will" 165, und die durch die Mannigfaltigkeit seiner Gaben und Wege erleuchteten Seelen zur Erlangung der Heiligkeit führt. Ihre Freiheit und die übernatürliche Einwirkung des Heiligen Geistes in ihnen sollen als unantastbares Gut betrachtet werden, das keiner, unter was immer für einem Vorwand, stören oder verdrängen darf.
- 178 Es ist jedoch bekannt, daß die ignatianischen Exerzitien wegen Die ihrer wunderbaren Wirkkraft von Unseren Vorgängern voll Exerzitien sind gebilligt und eindringlich empfohlen wurden, und ebenso besonders haben auch Wir sie gebilligt und empfohlen, und Wir möchten dies hier ausdrücklich wiederholen.

179 Der Antrieb, wodurch der einzelne zu besonderen Frömmig- Gesunde keitsübungen angeregt wird, muß indes unbedingt vom Vater Frömmigkeitsübungen führen der Lichter ausgehen, von dem jede gute Gabe und jedes voll- zur Liturgie, kommene Geschenk herniedersteigt 166; ein Anzeichen dafür ist gewiß der wirksame Einfluß, mit dem diese Übungen dazu beitragen können, daß die Gottesverehrung immer mehr geschätzt und entfaltet wird, daß die Gläubigen mit innigerem

nicht von ihr weg.

¹⁶⁴ Vgl. Joh. 14, 2.

¹⁶⁵ Joh. 3, 8.

¹⁶⁶ Vgl. Jak. 1, 17.

¹⁰ Pius XII Liturgie

christifideles impensiore desiderio compellantur ad Sacramenta rite participanda et ad omnes res sacras debito obsequio debitoque honore prosequendas. Quodsi contra, divini cultus principiis ac normis impedimenta praebeant, vel iisdem obstent atque officiant, tum procul dubio existimandum est eadem non recto consilio, non prudenti studio ordinari ac dirigi.

- 180 Alia praeterea pietatis exercitia habentur, quae, quamvis ad sacram Liturgiam districto iure non pertineant, peculiari tamen momento dignitateque pollent, ita ut in liturgicum ordinem quodammodo inserta censeantur, et ab hac Apostolica Sede sacrorumque Antistitibus etiam atque etiam comprobata sint ac dilaudata. Quorum in numerum supplicationes referuntur, quae vel per mensem Maium ad Deiparam Virginem, vel per Iunium mensem ad Sacratissimum Cor Iesu admoveri solent, itemque novendiales vel triduanae preces, ac Iesu Christi ad Calvariam iter per stationes recolitum, nec non cetera eiusmodi.
- 181 Haec pietatis opera, quoniam christianum excitant populum tum ad Paenitentiae Sacramentum adsidue frequentandum et ad Eucharisticum rite pieque participandum Sacrificium divinamque Mensam, tum ad Redemptionis nostrae mysteria meditanda et ad praeclara sanctorum caelitum imitanda exempla, idcirco, salutari non sine fructu, liturgici cultus nos participes efficiunt.
- Quamobrem perniciosam rem egerit ac fallacia plenam, qui sibi temerario ausu sumpserit haec omnia pietatis exercitia reformare, eaque ad liturgicorum rituum rationes ac modos solummodo reducere. Necesse tamen est ut sacrae Liturgiae afflatus eiusque praecepta ita in eadem valeant salubriter, ut nihil prorsus inducatur, quod ineptum sit, vel Dei domus indignum decore, vel denique sacris sit peragendis detrimentosum, sanaeque pietati obstet.
- 183 Curate igitur, Venerabiles Fratres, ut haec germana sinceraque pietas vestros sub oculos cotidie magis adaugeatur, atque uberius usque florescat. Idque potissimum ne gravemini menti

Verlangen zu entsprechender Teilnahme am Sakramentenempfang, zu schuldig dienstbereiter und ehrfurchtsvoller Behandlung der heiligen Dinge sich gedrängt fühlen. Wenn sie jedoch den Grundsätzen und Vorschriften des göttlichen Kultes Hindernisse bereiten oder ihnen hemmend im Wege stehen, so ist ohne jeden Zweifel anzunehmen, daß sie nicht mit rechter Absicht und klugem Eifer angeordnet und durchgeführt werden.

180 Es gibt noch andere Übungen der Frömmigkeit, die, obwohl sie nicht streng zur heiligen Liturgie gehören, gleichwohl von besonderer Bedeutung und Würde sind, so daß sie gewissermaßen als in die liturgische Ordnung einbezogen gelten und von diesem Heiligen Stuhl und von den Bischöfen immer wieder bestätigt und gelobt wurden. Dazu gehören die Maiandachten zu Ehren der jungfräulichen Gottesmutter und die Herz-Jesu-Andacht im Monat Juni, Novenen, Triduen, der Kreuzweg u. a. m.

Frömmigkeitsübungen werden

2. Verhältnis der außerliturgischen Frömmigkeitsübungen zur Liturgie

181 Da diese frommen Übungen das christliche Volk sowohl zu öfterem Empfang des Bußsakramentes, zu gebührend frommer zur Liturgi Teilnahme am heiligen Meßopfer und am Tisch des Herrn als auch zur Betrachtung der Geheimnisse unserer Erlösung und zur Nachahmung der Beispiele der Heiligen im Himmel aneifern, machen sie uns daher nicht ohne segensvollen Nuten des liturgischen Kults teilhaftig.

die ebenfalls zur Liturgie

182 Eine gefährliche Sache, voll Täuschung, wäre es daher, all diese Frömmigkeitsübungen dreist und unbesonnen ändern und ausschließlich auf die liturgischen Formen zurückführen zu wollen. Es ist jedoch vonnöten, daß Geist und Gesetz der werden, müssen heiligen Liturgie sie in gesunder Weise durchdringen, damit Wurde der Liturnichts Unpassendes, der Würde des Gotteshauses Abträgliches, der Entfaltung des Gottesdienstes Schädliches und der echten Frömmigkeit Widersprechendes aufkommt.

Sie brauchen nicht nach streng liturgischen Gesichtspunkten umgemodelt zu

183 Sorgt daher wachsam, Ehrwürdige Brüder, daß die wahre und Entscheidend ist, aufrichtige Frömmigkeit täglich immer mehr zunehme und immer reicher erblühe. Werdet vor allem nicht müde, immer zunimmt.

Frömmigkeit

omnium inculcare, christianam nempe vitam non in multis variisque precibus ac pietatis exercitiis consistere, sed in eo potius, quod haec ad spiritualem christifidelium profectum, ideoque ad totius Ecclesiae incrementum reapse conferant. Siquidem Aeternus Pater «elegit nos in ipso [Christo], ante mundi constitutionem ut essemus sancti et immaculati in conspectu eius » ¹⁶⁷. Precationes igitur nostrae pietatisque exercitationes omnes eo contendant oportet, ut spirituales vires nostras ad supremum eiusmodi nobilissimumque exsequendum propositum convertant ac dirigant.

- 184 Vos autem enixe adhortamur, Venerabiles Fratres, ut erroribus ac fallaciis remotis, iisque omnibus prohibitis, quae veritatem rectumque ordinem egrediantur, ea incepta provehatis, quae altiorem populo impertiant sacrae Liturgiae cognitionem; ita quidem ut ipse aptius queat atque facilius divinos ritus eo animo participare, quo christianos addeceat.
- 185 Imprimisque enitendum est, ut omnes debito obsequio debitaque fide decretis obtemperent, quae vel Tridentina Synodus, vel Romani Pontifices ac Sacrum Consilium tutandis ritibus praepositum ediderint, et quae liturgici libri ad externam publici cultus actionem quod attineat, statuerint.
- 186 In omnibus Liturgiae rebus tria haec potissimum ornamenta splendescere debent, de quibus Decessor Noster loquitur Pius X: sanctitudo nempe, quae a quovis profano afflatu abhorreat; rectae imagines ac formae, quibus genuinae optimaeque artes inserviant ac famulentur; universitatis denique ratio, quae legitimis servatis peculiarium regionum moribus ac consuetudinibus catholicam Ecclesiae unitatem patefaciat 168.

¹⁶⁷ Eph. 1, 4.

¹⁶⁸ Cf. Litt. Apost. Motu Proprio Tra le sollecitudini, d. d. 22 Nov. a. 1903.

wieder den Herzen aller die Wahrheit einzuprägen, daß das christliche Leben nicht in einer Vielzahl verschiedenartiger Gebete und Frömmigkeitsübungen besteht, vielmehr darin, daß sie zum geistlichen Fortschritt der Gläubigen und dadurch zum Wachstum der gesamten Kirche wirklich beitragen. Denn der Ewige Vater "hat uns schon vor Erschaffung der Welt in ihm (Christus) auserwählt, daß wir heilig und untadelig vor seinem Antlit seien" 167. Es müssen daher alle unsere Gebete und Frömmigkeitsübungen auf die Hinwendung und den Einsatz unserer ganzen geistigen Kraft zur Erreichung dieses erhabenen Hochzieles ausgerichtet sein.

b) Die Pflege der Liturgie 1. Grundforderungen

184 Wir ermahnen euch daher dringend, Ehrwürdige Brüder, Das Volk soll nach Ausschaltung von Irrtümern und Täuschungen und Zu- iturgisch geschult werden. rückweisung alles dessen, was von der Wahrheit und der rechten Ordnung abweicht, jene Bestrebungen zu fördern, die dem Volk eine tiefere Erfassung der heiligen Liturgie vermitteln, damit es so besser und leichter mit Christen geziemendem Geist an den göttlichen Handlungen teilzunehmen vermag.

185 Vor allem muß darauf geschaut werden, daß alle mit ge- Den kirchlichen bührender Ehrfurcht und schuldigem Glauben den Anord- Bestimmungen über die Liturgie nungen nachkommen, die das Trienter Konzil, die römischen Päpste, die Ritenkongregation erlassen und die liturgischen Bücher über den äußeren Vollzug des öffentlichen Kults fest-

186 Drei Dinge vor allem, von denen Unser Vorgänger Pius X. Die Grundfordespricht, müssen das ganze liturgische Geschehen würdevoll auszeichnen: Heiligkeit, die Neuerungen profanen Einflusses abhold ist; edle Formgestalt der Bilder, wie sie die echten Ehrfureht, formschönen Künste gläubig schaffen; das Merkmal der Allgemein- Rücksicht auf heit, die - unter Wahrung der berechtigten Sitten und Gebräuche der einzelnen Gegenden - die Einheit der katho- Kirche.

innerung gebracht: heilige den universalen

lischen Kirche bekundet 188.

¹⁶⁸ Vgl. Motu Proprio Tra le sollecitudini, vom 22. Nov. 1903.

- 187 Cupimus autem etiam atque etiam commendare sacrarum aedium sacrorumque altarium decus. Divina illa sententia se quisque sentiat animatum: « Zelus domus tuae comedit me » 169; ac pro viribus contendat, ut omnia, sive in sacris aedificiis, sive in vestibus ac liturgica supellectili, etsi non divitiarum copia splendoreque niteant, munda sint tamen atque apta, cum omnia sint Divinae Maiestati dicata. Ouodsi iam supra non rectam eorum rationem reprobavimus, qui, specie redintegrandae antiquitatis, sacras imagines ex templis prohibere velint, at heic officio Nostro consentaneum putamus haud bene conformatam eorum reprehendere pietatem, qui in aedibus divino cultui destinatis ac vel in ipsis altaribus multiplicia simulacra et effigies, nulla adhibita iusta causa, venerationi proponant, qui reliquias legitima auctoritate non recognitas ostentent, qui denique peculiares parvique momenti res urgeant, dum praecipuas ac necessarias neglegant, atque adeo religionem in deridiculum vertant, eiusque cultus gravitatem minuant.
- 188 In memoriam quoque decretum illud revocamus «de novis cultus seu devotionis formis non introducendis» 170; quod quidem, ut religiose observetur, vigilantiae vestrae commendamus.
- 189 Ad res musicas quod attinet, certae praeclaraeque normae in Liturgia religiose serventur, quas Apostolica haec Sedes edidit. Gregoriani concentus, quos Romana Ecclesia ut rem propriam habet, utpote antiquitus a maioribus acceptam ac per saeculorum decursum sub impensam suam tutelam custoditam, quosque christifidelibus ut rem itidem propriam proponit, atque etiam in nonnullis Liturgiae partibus omnino praescribit 171, non modo sacrorum Mysteriorum celebrationem magis decoram magisque sollemnem efficiunt, sed summopere etiam conferunt ad adstantium fidem pietatemque adaugendam. Quam ad rem Decessores Nostri imm. mem. Pius X et Pius XI

¹⁶⁹ Ps. 68, 10; Ioan. 2, 17.

¹⁷⁰ Suprema S. Congr. S. Officii: Decretum d. d. 26 Maii 1937. 171 Cf. Pius X, Litt. Apost. Motu Proprio Tra le sollecitudini.

2. Anweisungen für Ausstattung und Gestaltung der Liturgie

187 Wir möchten auch erneut das Ausschmücken der Gotteshäuser Gotteshaus, und der Altäre empfehlen. Jeder fühle sich gedrängt von dem Paramente liturgisches göttlichen Ausspruch: "Der Eifer für dein Haus verzehrt Gerät müssen mich"169 und strebe nach Kräften danach, daß die Gottes- insbesondere die häuser, die liturgischen Gewänder und Geräte, mögen sie auch Altares. nicht durch Reichtum und Glanz ins Auge fallen, doch reinlich und sauber seien, - ist ja alles der göttlichen Majestät geweiht. Wenn Wir oben die falsche Auffassung jener in die Schranken wiesen, die unter dem Vorwand einer Rückkehr zum Altertum die Heiligenbilder aus den Gotteshäusern verweisen wollen, so halten Wir es jetzt für Unsere Amtspflicht, die schlecht beratene Frömmigkeit jener zu tadeln, die in den Gotteshäusern, ja sogar auf den Altären ohne ersichtlichen Grund eine bunte Vielfalt von Statuen und Bildern zur Verehrung anbringen, von der rechtmäßigen Autorität nicht anerkannte Reliquien ausstellen, belanglose Sonderanliegen in den Vordergrund rücken, während sie Hauptsächliches und Notwendiges vernachlässigen und so die Religion der Lächerlichkeit preisgeben und ihre würdevolle Pflege herabsetzen.

188 Wir rufen auch das Dekret "über das Verbot der Ein- Neue Andachteführung neuer Kult- und Andachtsformen" 170 in Erinnerung, nicht ohne weitedessen getreue Beobachtung Wir eurer wachsamen Sorge emp-res eingeführt

189 Hinsichtlich der Musik sollen die vom Apostolischen Stuhl Der Gregoriaerlassenen, eindeutig klaren Richtlinien bei den liturgischen soll nachdrück-Handlungen genau eingehalten werden. Der Gregorianische lich gepflegt werden. Gesang, den die römische Kirche als ihr von den Vorfahren überkommenes, durch die Jahrhunderte behütetes Eigengut betrachtet, das sie auch den Gläubigen als solches darbietet und für bestimmte Teile der Liturgie ausdrücklich vorschreibt 171, verleiht der heiligen Mysterienfeier nicht nur würdevolle Erhabenheit, sondern trägt auch in höchstem Maße zur Mehrung von Glaube und Frömmigkeit der Teilnehmer bei. Deshalb haben Unsere Vorgänger Pius X. und Pius XI. unsterblichen

¹⁶⁹ Ps. 68, 10; Joh. 2. 17.

¹⁷⁰ Dekret des Hl. Offiziums vom 26. Mai 1987. 171 Vgl. Pius X., Motu Proprio Tra le sollecitudini.

decrevere — idque Nos libenter auctoritate Nostra confirmamus — ut in sacris Seminariis religiosisque Institutis Gregorianus cantus diligenter studioseque coleretur, utque, praecipua saltem apud templa, veteres cantorum Scholae restituerentur; quod quidem haud paucis in locis felici cum exitu factum est¹⁷².

190 Praeterea « quo actuosius fideles divinum cultum participent, cantus Gregorianus, in iis quae ad populum spectant, in usum populi restituatur. Ac revera pernecesse est ut fideles, non tamquam extranei vel muti spectatores, sed penitus Liturgiae pulchritudine affecti, sic caerimoniis sacris intersint ... ut vocem suam sacerdotis vel Scholae vocibus, ad praescriptas normas, alternent: quod si auspicato contingat, iam non illud eveniet ut populus aut neguaquam, aut levi quadam demissoque murmure communibus precibus, liturgica vulgarive lingua propositis, vix respondeat » 173. Coetus, qui intento animo altaris Sacrificio interest, in quo Servator noster una cum filiis suis, sacro cruore redemptis, immensae caritatis suae epithalamium canit, silere procul dubio non potest, quandoquidem « cantare amantis est » 174, et quemadmodum iam antiquitus in proverbium venit, « qui bene cantat, bis orat ». Itaque militans Ecclesia, populus nempe una cum Clero, triumphantis Ecclesiae canticis Angelorumque choris suam inserit vocem, omnesque simul magnificum aeternumque Sanctissimae Trinitati concinunt laudis hymnum, secundum illud: « cum quibus et nostras voces ut admitti iubeas deprecamur» 175.

191 Haud tamen asseverari potest hodiernae musices modos atque concentus ex catholicae religionis cultu omnino removendos esse. Quin immo, si nihil iidem habeant, quod profanum sa-

¹⁷² Cf. Pius X, loc. cit.; Pius XI, Const. Divini cultus 2, 5.

Pius XI, Const. Divini cultus 9.Augustin., Serm. 336, n. 1.

¹⁷⁵ Missale Rom., Praefatio.

Andenkens bestimmt - und Wir bestätigen dies kraft Unserer Autorität nachdrücklich -, daß der Gregorianische Gesang in den Priesterseminaren und Ordensanstalten mit Eifer und Sorgfalt zu pflegen sei, und daß wenigstens an den hauptsächlichsten Kirchen die alten Sängerschulen wieder eingeführt werden, was bereits an nicht wenigen Orten mit Erfolg geschehen ist 172

190 Außerdem "soll zu wirksamerer Teilnahme der Gläubigen am Das Volk ist göttlichen Kult der Gregorianische Gesang, soweit er Sache des Volkes ist, auch wieder in den Gebrauch des Volkes kommen. Es ist in der Tat dringend vonnöten, daß die Gläubigen nicht wie fremde und stumme Zuschauer, sondern als zuinnerst von der Schönheit der heiligen Liturgie Ergriffene den heiligen Zeremonien folgen und gemäß den festgesetzten Normen ihre Stimmen mit denen des Priesters und des Chores im Wechselgesang erheben. Glückt dies, so wird es nicht mehr vorkommen, daß das Volk entweder garnicht oder nur mit schwachem, unterdrücktem Gemurmel bei den liturgischen oder in der Muttersprache verrichteten Gemeinschaftsgebeten antwortet"173. Eine Gemeinde, die mit wahrer Andacht dem Opfer der Altäre beiwohnt, wo unser Heiland im Verein mit seinen durch das heilige Blut erkauften Kindern den unermeßlichen Hochgesang seiner Liebe singt, kann zweifelsohne nicht stumm bleiben, ist doch "das Lied der Liebe Geset;" 174, und schon ein altes Sprichwort sagt: "Wer gut singt, betet doppelt". So vereint die streitende Kirche, Volk und Klerus nämlich, ihre Stimme mit den Gesängen der triumphierenden Kirche und den Chören der Engel, und alle erheben gemeinsam einen herrlichen und ewigen Lobgesang auf die heiligste Dreifaltigkeit, gemäß der Bitte: "Mit ihnen laß, so flehen wir, auch uns

191 Man darf aber nicht meinen, daß die Musik unserer Tage und Die moderne der moderne Gesang vom katholischen Gottesdienst gänzlich ist mit gewissen auszuschalten seien. Im Gegenteil! Finden sich darin keine Einschränkungen zuzulassen.

gesang zu beteiligen.

¹⁷² Vgl. Pius X. a.a.O.; Pius XI., Konstitution Divini cultus 2, 5.

¹⁷³ Pius XI., Konstitution Divini cultus 9.

¹⁷⁴ Hl. Augustinus, 336. Predigt n. 1.

¹⁷⁵ Röm. Meßbuch, Präfation.

piat, vel loci ac liturgicae actionis sanctitatem dedeceat, neque ex inani quodam studio miri atque insoliti oriantur, tum oportet profecto eis templa nostra pateant, cum ad sacrorum rituum splendorem mentesque ad altiora elevandas simulque ad veram animi refovendam pietatem haud parum conferre queant.

- 192 Vos adhortamur etiam, Venerabiles Fratres, ut popularis ad religionem pertinens cantus cura vestra promoveatur; atque ea servata, quae par est, dignitate, diligenter effectus detur, cum christianorum multitudinis fidem pietatemque facile exacuat atque incendat. Concordes amplissimique plebis nostrae concentus caelum ascendant veluti resonantis maris fragor ¹⁷⁶, atque cor unum et animam unam ¹⁷⁷ canora elataque voce significent, ut fratres addecet eiusdemque Patris filios.
- 193 Ouod autem de rebus musicis diximus, idem fere de ceteris nobilibus artibus dicendum est, ac praesertim de architecturae ac de sculpturae picturaeque artibus. Recentes imagines ac formae, ad materiam aptiores, ex qua hodie conficiuntur, non sunt generali modo atque ex praeiudicata opinione spernendae ac reiciendae: sed rationibus illis aequabiliter ac recte compositis, quae neque ad nudam contendant rerum imitationem, nec ad nimium «symbolismum», quem vocant, ac necessitatibus potius spectatis christianae communitatis, quam peculiari artificum iudicio atque ingenio cuiusque suo, oportet omnino eam nostrorum temporum artem liberum habere campum, quae sacris aedibus sacrisque ritibus debita reverentia debitoque honore inserviat; ita quidem ut eadem ad mirabilem illum gloriae concentum, quem summi viri per revoluta iam saecula catholicae fidei cecinere, suam queat adiungere vocem. Facere tamen non possumus quin, pro officii Nostri conscientia, eas imagines ac formas, recens a nonnullis inductas, deploremus ac reprobemus, quae sanae artis deformationes depravationesque videantur, quaeque etiam nonnumquam decori, modestiae

¹⁷⁶ Cf. S. Ambros., Hexameron 3, 5, 23.

¹⁷⁷ Cf. Act. 4, 32.

Anklänge an Profanes, enthalten sie nichts, was der Heiligkeit des Gotteshauses und der liturgischen Handlung unwürdig wäre, und entspringen sie nicht eitlem Streben nach Gesuchtem und Ungewohntem, so müssen ihnen unsere Kirchen ohne weiteres Zutritt gewähren; denn nicht gering kann alsdann ihr Beitrag sein zur Verschönerung der heiligen Handlungen, zur Erhebung des Geistes zu Höherem und gleichzeitig zur Erweckung wahrer Andacht des Herzens.

192 Wir ermahnen euch auch, Ehrwürdige Brüder, in eurer Hirten- Der Volksgesang sorge den religiösen Volksgesang zu fördern. Mit Liebe entsprechend würdevoll gepflegt, vermag er den Glauben und die Andacht des christlichen Volkes sehr zu stärken und zu entflammen. Geschlossen und machtvoll dringe das Lied unseres Volkes zum Himmel empor wie das Rauschen von Meereswogen 176, lege klingend und gehoben Zeugnis ab von dem "einen Herzen und der einen Seele"177, wie es Brüdern und Kindern desselben Vaters ziemt.

193 Was Wir von der Musik gesagt haben, kann fast ebenso von Auch die übrigen den übrigen schönen Künsten gesagt werden, besonders von soweit sie nicht der Architektur, der Bildhauerei und der Malerei. Die mo- entartet sind, dernen Bilder und Gestaltungen, die dem Gegenstand, aus des Gotteshauses dem sie hergestellt werden, angepaßter sind, dürfen nicht in und der Litur herangezogen Bausch und Bogen und aus vorgefaßter Meinung verachtet und verworfen werden. Vermeiden sie vielmehr in weisem Ausgleich sowohl eine bloße Nachahmung der Natur als auch überspitten "Symbolismus" und tragen sie mehr den Anliegen der christlichen Gemeinschaft als der besonderen Auffassung und persönlichen Einstellung der Künstler Rechnung, - dann muß solch moderner Kunst unbedingt die Bahn offen stehen zu gebührend ehrfürchtigem Dienst am Gotteshaus und bei den heiligen Handlungen. So wird auch sie einstimmen können in den wundervollen Chor, den die größten Geister durch Jahrhunderte bereits zum Ruhme des katholischen Glaubens gesungen haben. Wir müssen jedoch im Bewußtsein Unserer Pflicht unbedingt die jüngst da und dort geförderten Bilder und Darstellungen mißbilligen und zurückweisen, die eine

zur Gestaltung

177 Vgl. Apg. 4, 32.

¹⁷⁸ Vgl. Hl. Ambrosius, Hexameron 3, 5, 23.

ac pietati christianae aperte repugnent, sensumque vere religiosum misere offendant; haec quidem a nostris templis arcendae prorsus atque expellendae sunt, ut «generatim quidquid a sanctitate loci absonum sit » ¹⁷⁸.

194 Pontificiis normis ac decretis insistentes, curate diligenter, Venerabiles Fratres, ut eorum artificum mentem animumque collustretis ac dirigatis, quibus hodie concredatur munus, tot templa, belli vi diruta, vel penitus deleta, restituendi vel rursus aedificandi; queant ipsi ac velint ex divina religione modos rationesque haurire, quae aptius ac dignius cultus necessitatibus respondeant; ita enim feliciter eveniet, ut humanae artes, quasi e caelo datae, serena luce splendeant, ad civilem hominum cultum summopere pertineant, et ad Dei gloriam conferant animorumque salutem. Siquidem ingenuae artes tum reapse ad religionem conformantur, cum « quasi ancillae nobilissimae divino cultui inserviant » 179.

195 At est aliquid etiam maiorisque momenti, Venerabiles Fratres quod peculiari modo sedulitati studioque vestro apostolico commendemus. Quidquid ad externum religionis cultum attinet suam profecto habet gravitatem; attamen pernecesse potissimum est christianos Liturgiae vitam vivere, eiusque supernum alere ac refovere afflatum.

196 Alacriter igitur consulite ut adolescens clerus, cum ad asceticas, theologicas, iuridicas ac pastorales disciplinas instituitur, ita etiam concordi ratione conformetur, ut sacras caerimonias intellegat, earum maiestatem pulchritudinemque percipiat, easque normas diligenter addiscat, quas rubricas vocant. Id-

¹⁷⁸ C. I. C., can. 1178.

¹⁷⁹ Pius XI, Const. Divini cultus.

Entartung und Entstellung gesunder Kunst zu sein scheinen, manchmal in offenem Widerspruch mit der christlichen Würde, Zurückhaltung und Frömmigkeit stehen und den echt religiösen Sinn tief verletzen. Derartiges ist von unseren Gotteshäusern durchaus fernzuhalten und daraus zu verbannen, wie "überhaupt alles, was der Heiligkeit des Ortes abträg-

194 Gestützt auf die päpstlichen Richtlinien und Bestimmungen, Die Kriegsbestrebt euch eifrig, Ehrwürdige Brüder, Geist und Herz der schäden bieten besonderen Künstler zu erleuchten und zu leiten, denen heute die Aufgabe Anlaß, den zufällt, so viele durch den Krieg beschädigte und vollends zer- Künstlern für störte Kirchen wiederherzustellen oder neu aufzubauen. Könn- Richtlinien zu ten und möchten sie doch aus den göttlichen Quellen der Religion die Motive schöpfen, die passender und würdiger den Anliegen des Kults entsprechen. Dann werden in der Tat die menschlichen Künste, die gleichsam ein Geschenk vom Himmel sind, beglückend in geklärtem Licht erstrahlen, die Kultur in höchstem Maße fördern und zur Ehre Gottes wie zum Heil der Seelen ihren Beitrag leisten. Denn die schönen Künste stehen erst dann im Einklang mit der Religion, wenn sie "wie vornehme Mägde in den Dienst des göttlichen Kults treten"179.

christlichen

3. Pflege des rechten liturgischen Geistes in Klerus und Volk

195 Doch ein anderes, noch wichtigeres Anliegen möchten Wir, Wichtiger als die Ehrwürdige Brüder, eurer Sorge und eurem apostolischen Ei- Pflege der auße-ren Formen der fer empfehlen. Was zum äußeren Kult der Religion gehört, hat Liturgie ist eine gewiß seine Wichtigkeit; noch viel notwendiger aber ist, daß threm Geiste. die Christen das Leben der Liturgie mitleben und ihren übernatürlichen Geist hegen und pflegen.

Lebensführung in

196 Sorgt daher mit Eifer, daß der heranwachsende Klerus neben vor allem der der Ausbildung in den aszetischen, theologischen, juridischen und seelsorglichen Disziplinen auch entsprechend zu richtigem Liturgie einzuführen. Verständnis der heiligen Zeremonien angeleitet werde, damit er ihre hoheitsvolle Schönheit erfasse und die Vorschriften der

¹⁷⁸ Kirchl, Rechtsbuch, Kan. 1178.

¹⁷⁹ Pius XI., Konstitution Divini cultus.

que non modo culturae causa, non ea solummodo ratione, ut debito ordine, decore dignitateque sacrorum alumnus religionis ritus peragere aliquando valeat, sed ea praesertim, ut arctissima cum Christo sacerdote coniunctione devinctus educetur, ac sanctus fiat sanctitatis administer.

- 197 Eo quoque omni ope contendite, ut iis rationibus atque adiumentis, quae prudentia vestra ad rem aptiora iudicaverit, clerus populusque mentium animorumque unitate inter se copulentur; atque adeo christiana plebs Liturgiam tam actuose participet, ut haec reapse sacra actio fiat, in qua sacerdos, qui praesertim in sibi credita paroecia animorum curae incumbit, cum populari coetu consociatus, debitum tribuat Aeterno Numini cultum.
- 198 Ad hoc aptius assequendum haud parum profecto conferet probos beneque excultos pueros ex quavis civium classe accurate seligere, qui sponte libenterque accedentes, rite, sedulo studioseque altari inserviant; quod quidem munus a parentibus altioris etiam ordinis altiorisve culturae magni aestimari debet. Quodsi opportune hi iuvenes excolantur, ac vigilanti sacerdotum cura ad creditum sibi ministerium statutis horis reverenter constanterque obeundum excitentur, tum facile eveniet ut novi ex iisdem sacerdotii candidati oriantur; neque id misere continget, quod Clerus interdum in catholicorum etiam regionibus lamentatur, ut ii nempe omnino desiderentur, qui sibi in augusto conficiendo Sacrificio respondeant ac famulentur.
- 199 Studiosissima navitate vestra id imprimis efficite, ut christifideles omnes Eucharistico intersint Sacrificio; quo autem uberiores inde hauriant salutiferos fructus, eos sedulo admonete ut legitimis modis omnibus, de quibus supra scripsimus, pie illud participent. Augustum altaris Sacrificium divini cultus praecipua actio est; oportet igitur christianae etiam pietatis sit fons ac veluti centrum. Apostolico autem studio vestro numquam vos satisfecisse reputate, nisi cum filios vestros frequentissimos videritis ad caeleste convivium accedere, quod

Rubriken gründlich erlerne. Dies nicht bloß bildungshalber, nicht allein, damit der Jünger des Heiligtums später die gottesdienstlichen Funktionen geordnet, schön und würdig zu vollziehen befähigt sei, sondern vor allem, damit er in innigster Vereinigung mit Christus verbunden groß werde und ein heiliger Diener des Heiligen sei.

197 Strebt auch, durch Mittel und Wege, die eure Klugheit zum Klerus und Volk Besten der Sache für geeigneter hält, mit allem Nachdruck da- sollen eine Einheit bilden, die hin, daß Klerus und Volk ein Herz und eine Seele sei. Das in der Liturgie christliche Volk nehme derart lebendigen Anteil an der Litur-kommt. gie, daß diese wirklich zu einer heiligen Handlung werde, bei der vor allem der Seelsorgspriester in der Pfarrei mit der Schar der Gläubigen vereint dem Ewigen Gott die gebührende

Huldigung darbringt.

198 Zur besseren Erreichung dieses Zieles wird nicht wenig eine Die Jugend ist sorgfältige Auswahl braver und gut geschulter Knaben aus zum Mini-strantendienst allen Gesellschaftskreisen beitragen, die gern und freudig, mit Ordnung, Fleiß und Eifer den Dienst am Altar versehen. Dieses Amt sollen auch Eltern höheren Standes und höherer Bildung sehr schätzen. Werden diese Knaben entsprechend herangebildet und unter der wachsamen Aufsicht der Priester zu ehrfürchtiger und regelmäßiger Erfüllung des ihnen zu festgesetzten Stunden anvertrauten Amtes angespornt, so können aus ihnen leicht neue Priesterberufe hervorgehen. Auch wird sich dann der Klerus - wie es bisweilen auch in katholischen Gegenden der Fall ist - nicht bitter beklagen müssen, daß sich niemand finde, der bei der Feier des heiligen Opfers

heranzuziehen.

199 Sorgt vor allem mit größtem Eifer, daß alle Gläubigen dem Vorallem muß Eucharistischen Opfer beiwohnen. Ermahnt sie unermüdlich, des Volkes am auf alle berechtigten Arten, von denen oben die Rede war, Meßopfer gefromm daran teilzunehmen, damit sie daraus um so reichere Früchte des Heils ziehen. Das hochheilige Opfer der Altäre ist der vornehmlichste Akt der Gottesverehrung. Es muß daher auch Grundquell und gleichsam Mittelpunkt der christlichen Frömmigkeit sein. Glaubt niemals, in eurem apostolischen Eifer genug getan zu haben, ehe ihr nicht eure Gläubigen in möglichst großer Zahl dem himmlischen Gastmahl

est sacramentum pietatis, signum unitatis, vinculum caritatis 180.

200 Ut vero supernis hisce muneribus ditioribus usque christianus populus potiri valeat, de pietatis thesauris, quos sacra continet Liturgia, eum docete diligenter per opportunas conciones, ac praesertim per dissertationes et acroases certis temporibus indictas, per peculiares coetus studii causa in hebdomadam productos ac per cetera huiusmodi. Qua in re vobis ii profecto praesto erunt, qui in Actionis Catholicae ordinibus militant, cum semper parati sint adiutricem Hierarchiae praestare operam ad Iesu Christi Regnum provehendum.

201 At prorsus opus est hisce omnibus in rebus intento vigiletis animo, ne in agrum dominicum veniat inimicus et superseminet zizania in medio tritici 181; hoc est ne irrepant in greges vestros subtiles illi perniciosique errores, qui falsus mysticismus ac noxius quietismus audiunt — qui quidem errores iam a Nobis, ut nostis, reprobati sunt 182 —, itemque ne animos seducat periculosus quidam humanismus, neve fallax doctrina inducatur ipsam perturbans catholicae fidei notionem, neve denique nimium restituendae in liturgicis rebus antiquitatis studium. Parique diligentia curate, ne falsa commenta eorum propagentur, qui perperam reputent ac doceant humanam Christi naturam clarificatam reapse ac semper praesentia sua in «iustificatis» habitare, ac vel etiam unam ac numero eamdem, ut dicitur, gratiam coniungere Christum cum Mystici eius Corporis membris.

202 Numquam vobis ob emergentes difficultates animus desit, numquam pastoralis decidat sollertia vestra. «Canite tuba in Sion, ... vocate coetum, congregate populum, sanctificate Ecclesiam, coadunate senes, congregate parvulos et sugentes ubera » 183, omnique ope efficite ut ubique gentium christifidelibus templa stipentur et arae, qui quidem utpote viva mem-

¹⁸⁰ Cf. S. Augustin., Tract. 26 in Ioan., 13.

¹⁸¹ Cf. Matth. 13, 24-25.

¹⁸² Litt. Encycl. Mystici Corporis.

¹⁸³ Ioel 2, 15-16.

nahen seht, das da ist das Sakrament der Frömmigkeit, das Zeichen der Einheit, das Band der Liebe 180.

200 Damit aber das christliche Volk in immer reicherem Maße die- Durch ser übernatürlichen Gaben teilhaftig werden könne, belehrt es sorgfältig über die in der Liturgie geborgenen Schätze der Frömmigkeit durch entsprechende Predigten, vor allem durch Konferenzen und eigens zu festgesetzten Zeiten durchgeführte Tagungen, Studienwochen u. a. m. Die Mitglieder der Katholischen Aktion werden euch dabei gewiß zu Diensten sein, da sie stets bereit sind, der Hierarchie zur Ausbreitung des Reiches Jesu Christi ihre tatkräftige Hilfe zu leihen.

Predigten, Vorträge, Kurse ist die liturgische Bildung der Gläubigen zu pflegen.

